













19 July 05

Auicennæ primi Libri Fen prima nunc primum per Magistrum Iacobum Mantimã Medicum Hebreũ ex hebraico in latinũ translata.



Clarissimo doctissimoq; viro. D.M. Antonio cõtareno Illustrissimi Senatus veneti apud Paulum. III: Pont. Max. oratori Dignissimo Iacob Mantinus Medicus Hebreus. S.D.

SOlent fere omnes vir Humanisse: lucubrationes suas primatibus inscribere, tũ vt inde vtilitãtis aliqd referát, tũ ẽt vt ipsis cõtra nouitatis inuidiá magni noĩs Authoritas suffragetur: Ego vero, cũ supioribus dieb⁹ primã, vt vocant, fen primi libri Auicẽnæ ex hebraico, quod quidẽ nihil penitus ab ipso Arabico sensu discrepare, norũt oẽs, vel mediocriter eruditi, in latinũ trãstulerĩ, rẽ qdẽ medicorũ cõmunitati nõ inutilẽ: id q; ĩpresentiaꝝ cõpulsu quorũda ꝑlo tradẽdũ curauerim tibi ĩtegro philosopho amicorũq; optio ac nobilissima ꝓsapia decorato, iure dicãdũ duxi, cũ, vt illud celeberrimo ꝓbatissimoq; noĩe illustretur tuo: tũ ẽt, vt sit tibi meæ erga te obseruantiæ, fideiq; Memoria, & quoddam quasi pignus amicitiæ nostræ. Erit tuæ hũanitatis munusculũ hoc quãtulũcũq; sit, hilari benignaq; fronte acceptare, atq; illud cõtra detractores, authoritate tua defendere, quod si tibi cæterisq; ꝓbatũ iri cognouero, dabo opã, vt ĩ dies. Primam fen quarti libri Auicẽnæ, q̃ ĩ publicis gymnasiis legi solet, ad communem vtilitatem in latium sermonẽ ẽt transferam, interim cura vt valeas.

PRAEFATIO AVVICENNAE IN commentarium medicum Iacob Mantino hebreo Medico Interprete.



Nquit Ahobali Huseyn filius seruitoris Dei Synæ laudetur Deus laude, quæ ei debetur, prout dignitas suæ naturæ exposcit, imẽsaq; beneficientia & misericordia, qua erga prophetas vsus est. Cum ex familiarissimis meis fratribus, quidam cui pro virili mea parere deuinctus sum me summopere rogasset, vt de medica facultate commentarium æderem, qui eius fundamenta, generatim ac particulatim: ita complecteretur, vt officio compendij fungeretur & simul cũ breuitate, dilucidam & integram explanationem quadam methodo comprehenderet, Ego quidem illius desyderio obtemperaui, Quo circa de rebus, vtranq; medicinæ partem theoricam videlicet & practicam continentibus, tractare proposui, deinceps de communibus regulis iudiciorum virium medicamentorum simpliciũ. Mox de propriis ipsorum demum de morbis, qui singulam corporis particulam infestant sermonẽ

habebo. Primoq; ab illius membri dissectione, quam Anathomiam vocant, eiusdemq; vsum initium sumam. At singularium simpliciumq; membrorum dissectionis antea statim, in primo libro generali, mentio nobis fiet. Cumq; illius particulæ secandi rationem expleuero, incipiam vt plurimum de eodem, modum, quo sanitas illius conseruetur monstrare. Deinceps generali oratione, vnius cuiusq; ægritudinis summas atq; causas methodosq;, quibus de illis iudicium sumitur, & curatiuas methodos, communi denuo sermone ostendam: Quibus vniuersalibus rebus expeditis, ad particulares morbos, me conuertam, & de maiori eorum parte, primo iudicium commune, & propriam eius defininitionem, causas & notas explicabo: post hæc ad peculiaria & propria iudicia, me transferam, deinde generalem curandi rationem exponam. Hinc iterum ad singulas curationes, quæ singulari medicamine, tum simplici tum composito fiunt, redibo. Id vero quod memoratum fuerit de Medica materia simplicium, morbis accomodatorum in libro de simplicibus medicaminibus in tabellis, quas coloribus describere statuo: quemadmodū tu lector, vbi eo deuentum fuerit videbis, illud īq̄ non repetam, nisi fortasse minimum quiddam, De compositis vero, in nostro commentario, cō

positionum, quod Actabadin arabes vocant, mentionem facere comm:dius erit, quem quidem librum vltimo ædere statui, vbi illorum vsus ac modum, quo confici debeant, enarrabimus. Cunq; hunc etiam compleuero librum, ad eum, qui de rebus quoq; particularibus tractat. iterum me recipiam, cui peculiare erit, de ægritudinibus, quæ nulli designato membro, sunt propriæ tractare. In eundem quoq; locum decorandi rationem reponam: in quo etiam libro eadem vtar, methodo, qua vsus sum in particulari libro, qui proxime, hunc antecedit, postq̃ vero, & hũc expleuero librum, data occasione, librum compositionis medicamentorum, Acrabadim nominatum, tandem emulgabo. Ceterum hoc commentarium nihil conferet illi, qui huius artis professor haberi volet, ad eamq; se applicu erit: nisi potissimam eius partem sciuerit eandẽq; memoria retinuerit: nihil enim est in eo tam exiguum quin id medico sit necessariũ: & si quid in eo superesse videatur, id profecto adeo mimini erit momenti, vt in nullam considerationem venire possit: si autem deus gloriosus longeuã mihi vitam dederit, ac prosperam fortunam, Aliam inde institutionem parabo: Nunc vero hunc ædam commentarium, quem in quinq; diuidam libros hac. s. serie deo optimo fauente.

CAPVT PRIMVM DOCTRINAE primæ Fen primæ, libri primi, De diffinitione Mædicinæ.

d Ico Mædicinam, esse scientiam qua dispositiones humani corporis noscuntur: quatenus homo sanus est, & a sanitate recedit, ad hoc vt illam presentem tueatur; & eandem cum recesserit restituere conetur]. possset autem quispiam obiicere mædicinam diuidi in theoricam & practicam nos tamen totam ipsam theoricam fecimus dicendo eam scientiam esse. Nos vero sic dicenti statim respondebimus, ac dicemus quod quemadmodum quidem in artibus dicitur esse, aliud q̄ppiam theoricum, aliud vero practicum, itidē in philosophia esse aliud theoricum, aliud practicum, sic in Mædicina quoq; dicatur, esse quiddā eius theoricum, quiddam vero practicum, quid autem sibi velint eæ dictiones siue theoricum siue practicum, in qualibet tali diuisione, non est presentis loci, nisi quantum ad medicinam attinet, declarare, sed satis interim esto non eas eādem significare rem. nisi in ipsa mædicina dumtaxat: Cum ergo mædicina diuiditur in theoricam & practicam nemo existimare debet vnam

duarum mædicinæ partium esse doctricem sciē tiæ, alteram vero operariam, quod complures, hunc locum inuestigantes sunt opinati: Sed sci re debes vtramq; hactenus nobis, idem denota re, neutranq; mædicinæ partem esse aliud q̃ sciē tiam, verum priorem illarum esse scientiam fun damentorum. Alteram vero esse, quæ docet mo dum operandi: Sed illam proprium nomen sciē tiæ seu theoricæ, hanc vero propriũ practicæ no men sibi vendicauisse, per partem itaq; theoricã intelligimus, id cuius notitia, cognitionem, vel rationem tantum prebet, neq; vllum omnino operandi modum respicit, vt cum medici dicũt genera febrium, esse tria, aut temperaturas esse nouem, per practicam vero non operari in actu neq; corporis ministerio vti: Sed eam intelligi mus partem medicæ scientiæ, cuius notitia con silium prestat, quod quidem nihil est aliud q̃ de clarare modum operandi, vt cum dicitur in me dicina calidis abscessibus in initio te debere id quod repellit & refrigerat & particulas membri condensat apponere: Deinceps repellentia mol lientibus admiscere tũ tempore quo ægritudo consistit, solis mollientibus contentũ esse oporte re deniq; trãsacto ægritudinis vigore vsq; ad in clinationẽ, mollientia, q̃ dissoluant, satis esse ex ceeptis saltem abscessibus ortis a materiis, quas

principalia membra expellant: sic igitur hæc doctrina, consilium suppeditabit, quod quidem modum operandi tibi monstrabit: Qua e vbi has ambas noueris partes, vtramq; scientiam & contemplatiuam & operatiuam simul adeptus eris etiam si nihil penitus operatus fueris. Nemo præterea potest insuper arguere, dicens affectiones humani corporis esse tres sanitatem videlicet, Egritudinem, & affectionem, quæ nec sanitas nec ægritudo est. At me duabus dumtaxat partibus contentum fuisse: nam qui ita dixerit, si animaduerterit fortasse non alterutrum horum colliget ex verbis meis necessario siue illam scilicet affectionem tertiam posuisse nos, siue omisisse: Tamen si huiusmodi affectio necessaria foret, profecto cum dicimus recedere a sanitate possunt eo verbo intelligi & ægritudo, & simul affectio tertia, cui isti nec sanitatis definitionem: quæ diffinit sanitatem esse habitum aut dispositionem: ex qua operationes ex suo subiecto incolumes proueniunt, neq; huius definitionis oppositum competere asserunt: Nisi sanitatem pro arbitrio suo forte definierint, & aliquas suppositiones non necessarias in ea supposuerint: Ceterum de huiuscemodi negocio cum medicis disputare non decet, nec in similibus contra eos altercari conuenit: neq; talis disputatio eis, ipsis

vel illi, qui contra eos pugnauerit, quicq̃ utilitatis in medica facultate afferre poterit, huius .n. negocii veritatem dignoſcere, ad principia alterius ſcientiæ ſpectat.

Caput Secundum primæ doctrinæ de ſubiectis mædicinæ.

Cvm iam facultas medica, humanũ corpus ea ratione qua ſanum eſt, & a ſanitate recedit conſideret: non autem vllius rei ſcientia paretur, aut abſoluatur, niſi per ſuas cauſas ſi modo cauſas habeat, opere preciũ eſt in Mædicina, cauſas ſanitatis & ægritudnis cognoſcere. Sed cũ ſanitas & ægritudo earundẽqꝫ cauſæ quandoqꝫ appareant, quandoqꝫ occultentur, ac lateant, ita vt ſenſu non deprehendantur niſi ſumpto inditio ab accidentibus: Id circo in medica facultate Accidentia quoqꝫ, quæ ſanitatem vel ægritudinem conſequuntur, dignoſci par eſt: At in veris ſcientiis iam monſtratum eſt. ꝙ cuiuſqꝫ rei notitia habeatur per notitiam cauſarum & principiorum ſuorum, ſi ſaltem cauſas & principia habuerit: Nondum ea tamen notitia abſoluta eſt, niſi accedat accidentium ipſius & rerum eſſentialium, vel propriarum eam inſequentium cognitio. Ge

nera autem causarum sunt quattuor, videlicet, materiales, effectrices, formales, & finales: Causæ materiales in medica facultate sunt quidem ipsa subiecta per quæ, sanitas & ægritudo consideratur. Subiectorum autem propinquius est mēbrum aut spiritus, remotius vero sunt humores, remotissimū sunt elementa ipsa, porro hæc duo posteriora, sunt subiecta & constitutionis & etiam alterationis, ex horum namq; compositione & alteratione resultat, vnum quiddam, ista singula complectens, quod quidem, alias temperatura, alias formatio est Temperatura quidem ratione alterationis, formatio vero, propter constitutionem.

Causæ autem effectrices sunt, que dispositiones humani corporis transmutant & custodiunt, vt Aer & quicquid ei annectitur: & cibi: & aquæ: & potus: & quicquid cum eis comprehenditur: vacuatioq; & retentio. Regiones & habitationes, & quod cum eis comprehenditur. Motus & quies tam Animi, quā corporis, huc etiam pertinent, somnus & vigilia. Transmutatioq; ætatum earūdemq; varietas, & sexus atq; artes & consuetudines. Deniq; res omnes: quæ humano corpori aliunde incidunt, siue illud tangant, siue non tangant, siue ipsi naturæ diuersæ fuerint siue nō aduersentur.

Formales vero causæ sunt ipsæ temperaturæ & facultates, quæ post illas oriuntur atq; constitutiones: finales postremo causæ sunt ipsæ functiones, quarum ex notitia vires omnino & facultates cognoscuntur. Dignoscunturq; spiritus qui ipsarum virium sunt subiecta vt monstrabitur Hæc'ergo inq̃ sunt subiecta Artis medicæ. quatenus corpus humanum: quo pacto sit sanũ vel egrotet, ipsa contemplatur.

Verum prout contemplatio ea, sanitatem tuendi scilicet & ægritudinem remouendi, in actum venit, opus adhuc est, ad istos duos scopos, & ad instrumenta requisita, ad illos, quibusdam etiã aliis præterea causis: sunt autem videlicet hæ primũ Ratio victus in cibo & potu itemq; Aeris ælectio & Mẽsura motus & quietis. Deinde medicamina, postremo chirurgia: Hæc namq; omnia iuxta medicorum quidem sententiam, ad illa attinent genera videlicet sanorũ, ægrorum, & mediorum, de quibus postea mentionem faciemus commemoraturi simul quemadmodum isti ponant medium, inter duo contraria re uera medium, nequaquam admittentia: Ex omnibus istis igitur sic iam per nos expositis & diuisis manifestũ est. Medicinam tractare de Elementis & Tẽperaturis, Humoribus, & Membris tam simplicibus q̃ compositis: ac de spiritibus eorumq; vi

tibus tum naturalibus tum uitalibus:tum ani-malibus:atq; de operationibus :tum de corpo-ris affectibus,sanitate videlicet & ægritudine & horum medio: Deq; causis porro illorum attinē tibus ad cibum : potum:Aeré,Aquas,Regiones Motum aut quietem corporis ac animi , som-mum , vigiliam, Etatum quoq; & sexus transmu tationem variationemq; . Deniq; de rebus extra neis,quæ corpori aliunde aduenīunt . Postremo de regimine in cibo & potu : item de mædicami nibus,atq; de chirurgia : Hæcq; omnia propter sanitatem tuendam ægritudinemq; sanadam. Cæterum de his nonnulla debet medicus qua-tenus medicus quidē est apprehēdere & simplici ter scire quid sint tantū:quod vero omnino illa sint id quidem tanq̄ suppositum credere philo-sopho naturali debet. Quædam vero oportet ip sum in sua arte demostrare . Quæ autem ex his principia sunt , ea tanq̄ alibi probata recipere cogitur quoniam principia singularium scientia rum sunt ab aliis recepta in aliisq; scientiis quæ antecedunt eas,iam demōstrata sunt, & ita fit do nec omnium scientiarum principia ad primam philosophiā(quæ metaphisica vocatur) deueni-ant: si quis igitur medicorum ab initio probare tentauerit existere elementa ac temperaturam, & quicquid his connexum est , quod in philoso-

phia naturali tractatur errabit profecto, eo quod in medica arte, id quod non est artis medicæ po net, tum etiam errabit quia se aliquid declarasse putabit cum tamen ipse illud nequaꝗ̃ decla- uerit, ea vero quæ medicus, quid sint preco- gnoscere & quæ licet non probétur quod sint tamen recipere ac credere debet illa, hæc sunt videlicet Elementa an sint & quæ, & quot sint: Temperature etiam an sint, quid & quot sint: Humores quoqꝫ si sint & quot sint & qualiter sint virtutes etiam vtrum sint & quot sint, & spiritus an sint & quot sint & quo pacto sint: & ꝙ quælibet mutatio cuiusqꝫ affestus vel di- spositionis affectus eiusdemqꝫ perduratio, ha- beat causam: & quot sint quoqꝫ causæ: cæterũ membra eorumqꝫ vsus, per sensum & dissectio- nẽ (anatomiã vocant) pernoscere debet, id ve- ro quod proprie meditari debet medicus ac de- monstrare sunt ipsi morbi eorumqꝫ particula- res causæ atqꝫ indicia: deniqꝫ quo pacto ægritu- do auferatur & sanitas custodiatur: nam interest medici, quæ ignota sunt ex iis ea diuidendo di- numerando ac perficiendo demostrare, cum igitur Galenus primum horum scilicet de ele- mentis demonstrare tentarit id quidem quate- nus est medicus tentasse non debebat: sed ea ra tione qua philosophum se haberi volebat. De

ſcientia autem naturali debebat loqui veluti legis adminiſtrator(quem alphachim vocamus) de legibus ſuis loquitur, nam is cũ probare moliatur veritatem huius legis videlicet, obtemperandum eſſe plurium, conſentientium ſententiis, non quidem id facere poteſt vt Alphachim ſed tanq̃ legis doctor, qui legum rationem & cauſam interpretatur qui Muthchellam arabice(latine loquens appellatur) verum medicus vt medicus & legis adminiſtrator vt legis adminiſtrator haud quaq̃ poſſunt de eiuſmodi re demoſtrationem afferre Alioquin enim in raciocinationem circularem inciderent,

Doctrina Secunda de elementis & eſt caput vnicum,

Elementa ſunt corpora ſimplicia & ſunt primæ partes humani corporis & cuiuſq; alterius, quæ in corpora diuerſas formas habentia diuidi nequeunt: ex quorum contemperatura, varie ſpecies genitorum reſultant, Illa vero medicus a philoſopho naturali recipit eſſe quattuor, & non plura: quorum duo leuia duo vero grauia exiſtunt, leuia ſunt ignis & aer: grauia vero, terra & aqua: Terra autem eſt corpus ſimplex cuius naturalis ſedes eſt

medium vniuersi, in qua naturaliter quiescit, & ad quam naturaliter mouetur, quoties ab ea dẽ seiuncta fuerit. atq; hoc fit ob eius grauitatẽ naturalẽ absolutã. Est porro suapte natura frigida & sicca suapte inq̃ natura, idest cũ ꝓpriã suã essentiã retinuerit, & per nullã causam extraneã alterata fuerit, tunc .n. sensu frigiditas & siccitas ex ipsa deprehenditur: In rebus autem genitis, ideo reperitur, vt partes inter se, mutuo se comprehendant firmentq; & figuras formationesq; suas custodiant.

Aqua vero est corpus simplex: cuius naturalis sedes est, vt terram ambiat & ab aere ambiatur, si in suo naturali positu, manserit atq; hoc quidẽ est propter eius grauitatem respectiuam. porro hæc frigida est & humida (hoc est) si in suo statu relinquatur nec vlla causa extranea impediatur erit eius natura talis, ut ad sensum appareat ex ea frigiditas & humiditas, quod quidem nihil aliud est q̃ illã per se ita dispositam esse, vt a qua uis exigua causa, facile disgregabilis, & dilatabilis existat, atq; facile quamlibet figuram: vel recipiat vel amittat.

In rebus autem genitis, ideo adhibita est aqua, vt partes rerum formandarum, concinne apte & æquabiliter figuret. nam humidum q̃q̃ facile quidem amittit figuras formationum, ita facile

tamen eas recipit quemadmodum e diuerso, difficulter eas recipiens, difficulter etiam dimittit vbi ergo iam siccum, humido commiscetur, tractabilitatem, qua tendi coaptariq; possit, ab eo acquirit. Humidum contra ex sicco admixto firmitatē rei figuratæ, ac cōplanatæ stabile & adipiscitur: Itē p humidū quoq; friabilitas dissipatio sicci phibetur, & e diuerso, p siccū fluor hūidi sistitur Aer autem est corpus simplex cuius naturalis sedes, est supra aquam, & sub igne, idq; propter leuitatem suam respectiuam, eiusq; natura calida est & humida, cum conditione quam in aliis diximus: præterea in rebus generatis ideo recipitur, vt illæ rariores tenuioresq; atq; leuiores, & magis ad motum idoneæ, reddantur: Ignis postremo, est corpus simplex, cuius naturalis sedes est supra corpora elementorum omnium, locus autem eius naturalis est superficies caua, ipsius orbis ex cœlis vltimi, & hoc ob suam absolutam leuitatem, eius vero natura, calida est & sicca. Reperitur autem in rebus genitis, vt eas maturet, & tenuiores ac bene temperabiles faciat suaq; penetratione Aeream substantiam, ad illas transuehat: tum etiam frigiditatem duorū elementorum grauium & frigidorum frangat & retundat, vt ex elementari statu, ad contempera-

bilem reducuntur. Enimuero illa duo grauia ad generationem membrorum eorumq; quietem, reliqua vero duo leuia ad spirituum generationem eorumq; atq; membrorũ mobilitatem magis opitulantur, verumtamen primus motor est ipsa anima, & hæc sufficiant de elementis.

Caput Primum Tertiæ Doctrinæ de Temperaturis.

T Emperatura est qualitas, quæ ex mutua inter sese qualitatum contrariarum (quæ in diuersis, quantuncũq; minimis elementorum particulis: insunt, actione & passione, prouenit: vt per eas facillime: quodq; elementum, alterius plurimum, particeps fieri possit,) ipsis igitur, per vires suas in se inuicem ita agentibus oritur ex omnibus communis quædã qualitas, quæ est temperatura.

Cum aũt primæ vires, quæ his elementis insunt Quattuor sint, nempe calidum: frig. humidum siccum. Temperaturas igitur corporum generabiliũ & corruptibilium, ex illis constare nemo ambigit. Id aũt, prout rationalis, seu intellectualis) diuisio exposcit, per consideratione͂ & speculatione͂ absolutã (seu simplice͂) quæ ad nullã determinatam rem referatur, vel contrahatur, bifariã quidem esse potest, primo qde͂ modo, vt te͂-

peratura sit mediocris & æqua, propterea quod portiones qualitatũ contrariarũ, q̃ in ipso tẽpe-rato, & mixto existũt, sint æquales, interseq; resi-stẽtes (seu cõtra ageents): Hoc ergo tẽperamẽtũ erit qualitas vere mediocris inter illas: secundo vero modo, cũ ipsa tẽperatura nõ ẽ absolute me dia inter cõtrarias qualitates: Immo ad aliquod extremorũ magis declinabit, siue illud sit vnum extremum duorũ contrariorũ quod est inter cali dũ & frigidũ, & humidũ & siccũ, vel inter vtrũq; verũ, quod in arte medica cõsyderatur tã æqua-le q̃ inæquale, nõ ẽ hoc neq; illud, ĩmo debet me-dicus a phisico suppositũ, hoc recipe, videlicet, quod huiuscemodi æquale: nõ potest vllo pacto repiri, & p̃sertim q̃ sit humana tẽpatura, vel hu manũ mẽbrũ: scireq; debet q̃ mediocre de quo medici cõsyderãt: nõ a mediocritate & æquitate q̃ est æquũ, põdus, seu mẽsura, denominationem sũpsit, sed ab æquitate distributiua, seu dispẽsati ua: denominatur: quodq̃dẽ est, cũ p ipsum, influ xa est, ipsi mixto, quod ẽ corpus integrũ, siue mẽ brũ, ea portio elementornm tũ in quantitate, tũ in qualitate eorũ. q̃ illi debetur p hũana tẽpatura q̃ secũdũ distributionẽ & pportionẽ, æqualior ẽ. Verum contingit, eam distributionẽ: q̃ homini in fluxa fuerit, esse propinquam multũ illi veræ

mediocritati primæ:Hæc vero mediocritas,quæ pro hominum corporibus consyderatur: quæ quidem in respectu ad alia quæ non habent hanc æquitatem, neq; accedunt ad humanam æquitatem, in primo modo expositam, octo modis pot est consyderari:primo prout est in ipsa specie, habito delectu ad id quod est diuersum extra ipsam: Secundo vt est in specie habita collatione ad id quod est diuersum ab eo quod est in ipso & in ipsa specie: Tertio vt est ingente aliqua ipsius speciei in relatione ad id quod est diuersum ab eo quod est extra ipsam & in sua specie: Quarto vt est in gente speciei in respectu ad id quod est diuersum ab eo quod est in eadem gente & specie: Quinto prout est in indiuiduo gentis speciei in respectu ad id quod est diuersum ab eo, quod est extra ipsum in gente sua & specie sua: Sexto prout ē in indiuiduo ī cōparatione ad suas res in se ipso: Septimo vt est in aliquo membro comparato ad id quod est diuersum ab eo quod est extra ipsum et est in suo corpore. Octauo vt ē ī membro collato ad suas res ī seipso. Primus ergo modus est æqualitatis quam habet homo, in relatione ad cetera generata, & hæc æqualitas magnam obtinet latitudinem, ita vt diffinitione comprehendi nequæat, verum nō

est penitus casu, & vt cũq; contigerit: Imõ habet duo extrema, .s. magni excessus & deffectus q̃ si transgrederetur, nõ esset ãpliushũana tẽpatura. Secũdus est æqualitatis, quæ est media inter duo extrema illius amplissimæ tẽperaturæ, & hæc reperitur in eo indiuiduo quod habet exactissimã æqualitatem, alicuius gentis moderatissimæ: & in ætate vltimi incrementi: & licet hæc non sit illa vera æquitas, quæ in initio capituli dicta est, quæ reperiri non potest, adhuc tamen, est difficilis inuentu. Neq; homo is, accedit ad illam veram mediocritatem vtcunq; contigerit: sed quum eius partes calidæ vt cor, & frigidæ vt cerebrum. Humidæ vt iecur. siccæ vt ossa: respondeant inter se. Et quum mensuræ earum inter se se correspondeant ac altera alteram ex opposito æquet, tunc accedent ad illam veram æquitatem: At in se ipso, mirum erit, quod possit reperiri aliquod membrum, præter cutim, æquũ esse, vt post hoc monstrabimus. Verum habito delectu ad spiritus & membra principalia: non potest accedere ad illud moderatum verũ, imõ declinabit ab illo per calidum & humidum Quoniam initium vitæ est cor & spiritus quæ quidẽ sunt excessiue calida vita autem calido. Incremẽtum vero humido consistit: Calidum autem hu-

mido sustentatur eoq; pabulatur : Membra vero principalia tria sunt vt probabitur. Quorum vnum est frigidum .s. cœrebrum: eius tamen frigeditas, non est tanta, vt possit cordis ac hepatis calorem æquare. Inter hæc autem vnum est siccum, uel siccitati accedens, & ē ipsum cor, sed eius siccitas non est tanta, vt humiditatem cærebri & iocinoris moderare ualeat immo Neq; cærebrum, etiam est ita frigidum, neq; cor ita siccum, verum cærebrum in comparatione ad reliqua duo frigidum est, & cor itidem in comparatione ad reliqua duo siccum existit.

Tertius autem modus Angustior est primo scilicet specifica illa mediocritate : verum vastam latitudinem obtinet & est illa temperatura quæ alicui gentium commoda est, in comparatione ad aliquod clima seu Regionem aliquam : & Aerē quempiam, Ethyopes enim propriam habent tēperaturam, qua sani degunt & Germani aliam etiam sibi congruam qua sani existunt: Horum enim vterq; est Moderatus, habito delectu ad suam partem sed im moderatus respectu aliorum: Ethyops enim si ad germani temperamentum se transferre tentet ægrotabit quidem uel morietur: Quelibet ergo species hominum qui sunt

In regionibus habitatis propriam habent tempe raturam sibi condecentem ratione Aeris sui climatis, habetq; huiusmodi temperies latitudinē quæ quidem obtinet duo extrema magni excessus uel defectus.

Quuartus vero est illa æqualitas, quæ interdū as extremitates latitudinis temperaturæ climatis existit & est cæteris aliis temperaturis illius Regionis Equalior:

Quintus est, & primo & tertio Angustior, & est ea temperatura: quæ vni singulari indiuiduo determinato conuenire debet ita vt & viuus & sanus sit, & latitudinem habet, quam ambæ extremitates magni excessus & defectus terminant.

Nec te lateat, quodlibet indiuiduum habere temperaturam peculiarem sibi propriam cum qua nullum aliud potest communicare.

Sextus modus ē æqualitatis q̄ inter hos duos terminos ēt mediat & est ea tēperatura quā si quis habuerit meliori modo se habebit quo habere se potest.

Septimus vero est illa temperatura quæ generi cuiuslibet membri debetur, qua differat a reliquo, nam ossis moderatio est, vt siccitas superet in eo, cærebri vero humiditas, cordis autē calor Neruorum vero frigiditas.

Octauus modus est temperatura membri singularis, quam si adipiscatur optime se habebit si igitur omnes species considerentur tunc homo maxime accedet ad verũ temperamentũ æquale:& si omnes diuisiones(seu Regiones) tunc certi erimus:ꝙ si est habitatio in loco de directo posito sub æquinoctiali linea nihilq; contrarium eam impediat, ex causis terrenis, vt sunt Montes & maria, tunc qui ibi habitant proculdubio maxime accedent, ad veram temperiem æqualem. Quod autem sit falsa sententia eorum, qui asserunt, ibi esse inequalitatem & intemperiem propter accessum solis iam monstratũ est. Quoniam rectitudo solis ibi minus lædit, minusq; Aerem alterat, q̃ propinquitas eius apud nos, uel alibi, ubi magis recedat q̃ nobis, q̃uis nõ sit e regione oppositus. Ad hæc omnes illorum dispositiones sunt optimæ similesq; inter se, neq; Aer eorum sensibiliter alteratur, sed semper eorum temperamentum est vni forme, nos antem iam edidimus comentariumad huius sententiæ verificationem.

Post hos moderatiores sunt, quo ad regiones illi qui in quarto habitant climate, quoniam præ assiduitate rectitudinis solis super eorũ capita, per aliquod tempus, postq̃ recesserit ab eis, nõ

aduruntur ſicut maior pars eorũ qui in ſecundo & tertio climate habitant: Neq; preſſidua remotione ſolis e regione capitum eorum congelaſcunt, ſicut qui in vltimo extremo quinti climatis habitant vel alicuius alterius remotioris; diſtantiæ.

Quod autem ad membra attinet. Membra principalia nõ accedere multum ad illam verã æquitatem, perſpicuum quidem eſt. Verum non te lateat carnem inter cætera membra magis accedere ad illam æquitatem, ſed ea longe magis cutis ad eam accedit, videtur enim nihil ipſam ferme affici, ex aqua modice temperata, ex æqua ſcilicet portione aquæ congelatæ & feruentis ſimul: Immo calor uenarum & ſanguinis fere frigiditati neruorum ad æquitatem reſpondent. Neq; etiam ab aliquo corpore exacte permixto, ex ſicciſſimo (ſeu aridiſſimo) ac humentiſſimo corporum, ſi æqualiter in eo exiſtanr: quicq̃ afficietur Neminẽ autem latet, nullam poſſe reperiri cauſam, ob quam cutis, ex huiuſmodi mixto, non afficiatur, niſi quia id non ſentit: neq; eſt illi ſimile, niſi quia non afficitur ab eo: nam ſi non eſſet ei ſimile, ab eo quidem afficeretur: Nã res quæ, ex ſimili materia, contrariiſq; naturis conſtant, mutuo quidem inter ſeſe comparium

cur. At res non compatitur a re communicante cum ea in qualitate si ea qualitas qua communicat fuerit illi similis: Nulla præterea cutis, est moderatior: cute manus, & hac equalior est cutis volæ, & hac temperatior, quæ in medio volæ, & hac adhuc moderatior, quæ super digitos, & hac iterum temperatior, quæ super digitum indicē, & hac mediocrior, quæ in eius extremitate existit, & ideo est perspicacioris sensus: ea enim, & reliquorum digitorum extremitas, sunt ferme, natura iudices portionis tangibilium naturaliū inclinatio enim iudicis ad vtrunq; extremum: simul debet esse æqualis, vt egressum extremi a medio & recto percipere possit.

Ad hæc te scire velim, q; cum dicimus aliquod medicamen esse moderatum non intelligimus illud vere mediocre esse hoc enim impossibile est, neq; quod sit æqualis temperaturæ humanæ æquitati. tunc enim esset eiusdem substantiæ cum homine, sed q; cum in corpore humano fuerit, & a calore naturali patiatur: & aliqua qualitate qualificetur, & illa qualitas non excedat hominis qualitatem, in altero duorum extremorum ægressionis ab æquali neq; aliquam efficiat in ipso impressionem, a medio declivem, est veluti æquale, comparatum ad ope

rationem, quam in corpore humano agit. Identidem cum dicimus illud esse calidum uel frigidum medicamen nõ intelligimus ipsum esse in se ipso extreme frigidum vel calidum, vel calidius vel frigidius in se, corpore humano, tunc enim, ipsum æquale, esset id quod eius temperamentum, humano æquatur temperamento, sed quod oritur ex eo in corpore humano, plus caloris vel frigoris q̃ habeat corpus humanum, hinc fit, ꝙ aliquod medicamen possit esse frigidum, collatum ad corpus hominis, calidum tamen in comparatione ad corpus scorpionis, & calidum in relatione ad corpus humanum, frigidum vero relatum ad corpus serpentis. Immo idem medicamen erit calidius in corpore Socratis, q̃ Platonis, idcirco iubent medici cum aliquod temperamentum permutare student, ne in eodem medicamento persistant si non contulerit. Expleto igitur sermone, de temperatura æquali, reuertamur nunc ad in æqualem, & dicamus, ꝙ inæquales temperaturæ, seu immoderatæ, siue ad speciem siue ad partem speciei, siue ad indiuiduum, siue ad membrum referantur, erunt profecto octo, quæ scilicet omnes in hoc communicant scilicet ꝙ sunt oppositæ æquali, quæ, hac ratione oriuntur: Nempe, vel est simi-

plex id quod a mediocritate ægreditur tempera-
mentum: & tunc egressus eius a mediocri erit
per unun contrarium, vel erit compositum, &
tunc per duo contraria simul excedit. Quod si
simplex illud fuerit, vel erit per contrarium acti
uum: & id bifariam nempe, vel erit calidum plus
iusto, sed non humidius neque siccius iusto, vel
erit frigidius iusto, non tamen humidius neque sic
cius, vel erit per contrarium passiuum, & id bifa
riam, videlicet: vel siccius iusto, sed non calidi-
us neque frigidius, vel erit humidius iusto, non ta
men calidius neque frigidius: Quatuor tamen hæc
temperamenta, nec permanent, neque diu per-
durant. Quod enim calidius est iusto: reddit cor
pus siccius iusto, itidem & frigidius iusto, red-
dit corpus humidius iusto, humiditate scilicet,
aduentitia: Quod vero siccius est iusto, celerri-
me reddit illud frigidius iusto. Humidius quoque
iusto si excedat, velocius infrigidabit quam siccius:
sed si non excedat, tunc diutius illud seruabit, ve
rum reddet demum ipsum frigidius iusto: Hinc
te scire licet, æquitatem ipsam, seu sanitatem,
maiorem habere affinitatem, cum calore, quam cum
frigore: Hæc igitur sunt quatuor simplicia in-
temperamenta. Composita uero, quæ ad vtrunque
contrariorum simul transgrediuntur, sunt, cum

tẽperatura fuerit calidior & humidior iusto, uel calidior & ſiccior. Aut frigidior & humidior iuſto, vel frigidior & ſiccior: At calidior ſimul & frigidior, vel humidior & ſiccior, haud quaq̃ eſſe poteſt: porro quælibet harum temperaturarum octo, vel erit ſine materia, nempe: vt cum ea temperatura parit in eo corpore: qualitatem tantum, non ꝙ corpus afficiatur ab ea, aliqua qualitate propter aduẽtum alicuius humoris ad ipſum, quo corpus ad id tranſmutetur, veluti eſt caliditas igne calefacti, & frigiditas refrigerati, atq; niue congelati, vel erit cum materia videlicet cũ corpos aliqua qualitate illius tẽpaturæ afficiatur ob aliquẽ humorem in ipſum penetrantẽ in quo humore: illa qualitas exceſſerit veluti cũ corpus humanum ex vitrea pituita in frigidatur vel flaua, ſeu viridi, bili calefit. Tu autem inuenies in tertio & in quarto libro adhuc exempla pro ſingula temperatura harum ſexdecim. Nec te fugiat preterea temperamentum cum materia bifariam fieri: nempe vel membrum eſt in ea materia immerſum & infuſum ſeu madidum, vel materia illa erit intra eius meatus & intimas partes recondita & retenta: Ad hæc nonunq̃ huiuſmodi retentio & ingreſſus materiæ, apoſtema intra ipſum pariet, quandoq; vero non: Hæc igi

tur de temperatura satis: medicus tamē id quod non est de se notum debet a phisico, veluti suppositum quoddam recipere.

Caput secundum De membrorum Temperamentis.

d Eus optimus Maximus indidit cuiq; animanti, cuilibetq; membro, id temperamenti, quod maxime illi conneniat, maximeq; suis actionibus, ac dispositionibus, commodum sit prout ferre potest. hoc autem philosopho, non medico probatum est. Homini autē intercætera huius inferioris mundi. Temperamentum, quo ad fieri potuit moderatius tradidit cum conuenienti correspondentia ad suas vires quib⁹ agit & paritur, & singulæ particulæ, quod sibi de temperamento debetur, dedit: ita vt quædam membra calidiora effecit quædam vero frigidiora. Nonnulla aridiora alia vero humētiora Quod igitur in corpore calidius existit spiritus quidem est, atq; cor, quod est minera illius postea sanguis, nam licet sanguis generetur in hepate, tamen quia cordi adheret, ideo acquirit de calore aliquid, quod non est in hæpate. Mox iecur, quod velut sanguis coagulatus existit: De-

inde caro, quæ quidem minus calida est, q̄ hæ-
par, propter id, quod de fibris neruorum qui fri
gidi sunt ei admixtum est. Deinde Musculi,
qui minus q̄ caro simplex calidi sunt, propter id
quod eis de neruis & copulis, admixtum est, mox
liē propter sanguinis turbulentiam quam obti-
net: insuper Renes quoniam exiguus ē in eis san-
guis, post hos arterarium membranæ, non pro
pter earum substantiam nerueā, sed ob id quod
de calore sanguinis & spiritus, qui in ipsis conti
netur recipiunt. Deinceps venarum membra-
uæ, ob id sanguinis tantum, quod recipiunt. De-
mum cutis volæ manus moderate.
Frigidius vero quod in corpore existit, est pitui-
ta post hanc pili, post quos ossa post hæc, cartil-
lagines, deinde ligamina. mox chordæ, postea
membranæ, deinceps nerui: post quos, spinalis,
seu dorsi, medulla: postea cærebrum: deinde sæ
uum: mox pinguendo: postremo cutis.
Humidius autem est pituita: postea sanguis: post
hunc pinguedo: deinde seuum. mox cærebrum:
deinceps medulla spinalis: deinde caro mām-
rum & testium: deinde pulmo: postea hæpar. post
quod liē mox renes: deinde musculi demū cutis.
Is inq̄ est ordo sub quo ea galenus collocauit atq;
series: scire præterea debes, pulmonem ex sui

ſubſtantia, & natura, non eſſe maxime humidũ Quoniam quodlibet membrum ſua naturali tẽ peratura ſimilatur rei, quæ ipſum alit, ſed ſua accidentiali temperatura, ſimilatur rei, quæ in ipſo relicta fuerit. Cum igitur Pulmo nu triatur ex calidiori portione ſanguinis, & maior portio eius admiſcetur choleræ, ut ipſemet Ga lenus id nos docuit, verum in eo exceſſiua hu- miditas, quæ a corporis vapore, aſcendit, atq; a fluxionibus deſcendit, aggregatur. Id circo iecur humidius eſt valde ipſo pulmone, humidi- tate ſcilicet naturali: Pulmo vero madidior, & ſi aſſidua madefactio, ſeu irroratio, humiditorem ipſum in ſe etiam reddat idemq; quodammodo de pituita, & ſanguine ſentiendum eſt, videlicet q; humiditas pituitæ, vt plurimum eſt madefa- ciendo (ſeu irrorando) ſanguinis vero, pene- trando in ipſam ſubſtantiam q̃uis naturalis pitui ta aquoſa, poſſit eſſe in ſe ipſa multo humidior: nã cum ſanguinis concoctio debite completa fuerit, tunc diſſoluitur ex eo, multa portio hu- miditatis, quæ aquoſæ pituitæ naturali inerat, quæ in ipſum conuerſa eſt: Nam vt in futurũ ad huc ſcies, naturale phlegma, eſt ſanguis incon coctus.

Siccius vero quod in corpore exiſtit, ſunt pili,

qui

quì quidem:ex vapore fumoso constant, ex quibus quicquid eis intrat de mixtione vaporis, dissolutum quidem est quare ipsa fumositas exquisita, congelata, ac condensata est, postea est os, est enim durius quod inter membra habeatur. verum est, pilis humentius, nam os ex sanguine habet ortum, est q; ea ratione positum, ut hnmiditates naturales exiccare possit eisq; præualeat, id circo, multa alit animalia pili vero nequaquam, vel si nutriant, id quidem raro fiet, vt nonnulli sunt opinati noctuas eos concoquere & digerere. At si nos æquã pareq; portiõe ossis & pilorũ vase destillatorio ea distillemus, profesto ex osse, plus aquæ & olei fluet & minus feculentiæ, seu sedimenti remanebit: os ergo pilis humidius existit, post ossa vero, cartillago siccior est, proxime sequuntur copulæ, Deinceps chordæ: mox succedunt membranæ, deinde Arteriæ: deinde venæ, postea nerui motus, postea cor, deinde nerui sensus: nam nerui motiui frigidiores q;dem: ac sicciores simul ipso æquali temperamento existunt: sed sensitiui nerui frigidiores sunt: sed non multo sicciores temperamento mediocri, immo forte ad illud accedunt, neq; multum quoq;, recedunt per frigidum ab ipso

vltimo loco cutis est locata.

Caput Tertium De ætatum sexu-
umqꝫ temperamentis.

E Tates in summa sunt quatuor. Prima est ætas incrementi, quæ ætas recens nũcupatur, seu innouationis, & protenditur fere vsqꝫ ad trigesimum annum, proxime sequirur ætas constituta, quæ iuuenilis ætas nominatur,, quæ vsqꝫ ad trigesimũ quintum vel quadragesimum pertingit annum, ad hãc succedit ætas declinationis, cum qua robur remanet, & est ætas senectutis, quæ vsqꝫ sexagesimum fere annum se extẽdit, vltima est ætas decrementi, cum manifesta roboris imbecillitate, & dicitur ætas senii seu extremæ senectæ, & finis seculi. Verum ætas recens diuiditur in ætatem infantiæ, quæ est, cum membra nari:nondum sunt prompta, ad motus & ambulationem. Secundo in ætatem ortus dentium, quæ est post ambulatiuam, & ante roboris firmitatem, in qua nondum maxillæ sunt dentibus repletæ. Post hanc est ætas concussionis, seu pueritiæ, quæ est post roboris firmitatem, & dentium ortum, ante pubertatem. Deinde est ætas Adolescentiũ & florescentiũ seu puberum :donec barbescãt. Mox ẽ ætas iuuẽ

tutis, donec incrementũ sistat, Aetas aũt infã tiæ est quidẽ æqualis temperaturæ in calido sed excedentis in humido, vsq; ad adolescen-tiam. De calore præterea ætatis pueri & florẽ tis iuuenis disceptatio: lisq; extat inter anti-quos, quidam enim eorum, arbitrantur pue ri calorem esse validiorẽ, & ideo crescit, eiusq; actiones naturales, tũ ad appetentiam, tũ ad concoctionem esse perfectiores, magisq; per-seuerantes. Quoniam calor naturalis, quem ex semine nacti sunt, est aggregatus & est re-centior. Nonnulli vero eorũ putãt iuuenum calorem naturalem esse longe validiorẽ quia eorũ sanguis est, & vberior & crassior, & ideo crebrior fit in eis fluxus sanguinis narium. Tẽ peramẽtum præterea eorum, magis ad bilio sum: puerorũ vero magis ad pituitosum ver git: Ad hæc iuuenum motus validiores. Mo tus aũt calore fit: Adde etiam quod validus concoqunt, ac conficiunt, quod quidem cali-do quoq; fit. At appetẽtia nõ fit calido. Sed fri gido, hinc est qđ canina cupiditas vt plurimũ fit a frigido. Qđ aũt validius concoquãt, indi tio ẽ, eos nõ pati nauseã, uoĩtusq; & cruditatẽ quæ pueris ob vitiatã cõcoctionẽ cõuenire so let. Qđ vero eorꝫ tẽpaturã ad biliosũ declinet

Indicium est: quia omnes eorum morbi: calidi sunt, vt est tertiana febris, vomitusquoque illorum biliosus: Puerorum vero morbi frigidi & humidi: febresque eorum pituitosæ sunt: per uomitum præterea pituitam maxime reiiciunt: Nec puerorum incrementum: ex caloris validitate eorum, sed ex humiditate eximia eorum fit. Adde et quod ingens eorũ appetẽtia (seu cupiditas) defectũ caloris indicat: Hæ inquam sunt vtriusque sectæ tũ sentẽtiæ: tũ rationes. Galenus vero, vtrique sectæ simul contradicit, putatque æqualem esse in radice, seu fundamẽto: calorem in eis. verum puerorum calorem: quantitate copiosiorem, qualitate vero (hoc est acrimonia) imbecilliorem esse, florentium vero exiguiorem, acriorem tamen, cuius rei declaratio hæc est. Immaginemur eundem calorem quantitate (seu multitudine) vel corpus tenue calidum vnum & idem qualitate & quãtitate, quod modo in substantiam humidam multamque se extendat, ut aquam exempli causa: modo in siccam paucam, vt lapidem: tunc inueniemus, calorem aqueum, copiosiorem ac qualitate blandiorem: lapideum vero minorem quantitate: qualitate vero acriorem: Hac igitur ratione: se habet puerorum calor

cum florentium calore. At pueri non sunt orti nisi ex semine maxime calido: cui calori nulla occurrit causa, quæ eum extingueret. procedit enim puer crescendo, cum additamento: gradatimq; incrementum procedit: nondũq; in vigore cõstitit lõge minus ergo retrocedet sed ĩ florẽtibus, nulla ꝑrsus cõtigit cã, ob q̃ eorũ naturalis calor augeri debeat: neq; etiã vt eum extinguat. Immo calor ille seruatur in minori quantitate & qualitate humidi simul, donec incipiat decrescere.

At hæc humiditas exigua: non reputatur exigua: in comparatione ad conseruationem caloris: sed in comparatione ad incrementum: veluti si humidum illud fuerit in initio tantũ quantum supplere possit vtriq; rei, nempe vt calorem custodiat, & pro incremento faciundo, adhuc supersit: Demum ad id deueniat, vt neutri illorum, supplere valeat. Idcirco interim ita se habebit: vt alteri illorum tantum supplere poterit: sed absurdum est dicere, ꝙ possit incremento satisfacere, & non custodiæ caloris naturalis. Nam quo pacto addet super aliquam rem: id quod non potest custodire rẽ ipsam principalem: dicendũ igitur est: id qdẽ posse custodire calorẽ sed nõ incremẽtũ facere

Hanc aũt ætatem esse florẽtium neminẽ latet. Ratio vero secundæ sectæ, quæ puerorum in crementũ ob humidũ non a calore fieri, autumat, absurda quidẽ est: Q̃m humidum est materia incremẽto. Materia aũt ex se nec patitur neq; creatur, sed agẽte in ipsa vis actiua: quæ quidẽ est ipsa anima vel ipa natura, præcipiẽte Deo Opt: Max. Neq; agit ipsa nisi instrumẽto quod est calor naturalis.

Id vero q̃d dicũt vehemẽtẽ appetentiã puerorũ, fieri ob frigiditatem ẽqdem falsum: Quoniã cupiditas corrupta, quæ a frigido fit tẽpamento, nec cõcoctionẽ, neq; nutritionem con comitatur. Sed vt plurimũ puerorꝝ concoctio est peroptima: Sin autem eorꝝ nutrimentum non restauraret plusq̃ dissoluatur, ita vt crescant: Verũ quãdoq; accidit eis cruditas, seu vitiata concoctio, ob eorꝝ voraginẽ ac vitiosũ regimẽ victus, & qa res humidas vitiosas ac lenes comedũt. & qa corruptos motus exercẽt. Quare exeremẽta in eis magis accumulãtur, magisq; euacuatione indigebũt: p̃sertim pulmo, & ideo eorꝝ respiratio est multo crebrior, spissiorue & velocior, nõ tñ maior, quia eorũ vis nondum est cõpleta, & exacta. De pueri igitur & iuuenis temperatura, Hæc est sñia,

quam Galenus declarare conatus eſt, cuius non fuimus interpretes.
Rurſum ſcire debes quod calor poſt ætatē cō ſtiturā, incipit decreſcere, ob aeris ambientis eius materiā, quæ eſt humidū ipm exiccatio-nē, ad hoc etiā facit calor naturalis intimus, nécnon motiones corporeæ, & animales quæ ad vitam ſunt neceſſariæ, accedit quoq; ad id naturæ impotentia ſeu imbecillitas, vt poſſit iugiter illi reſiſtere, nam omnes vires corpo-reæ finitæ qudem ſunt, hoc aūt iam in natura li ſcientia probatū eſt, ergo non ſemper aget in materiis: Imo ſi vis illa infinita eſſet, & ſem per recompenſatio rei diſſolutæ æq̄ualis eſſet eiuſdemq; portionis, adhuc diſſolutio non eſ-ſet æqualis, ſed quotidie addita eſſet, & ſic ne-que ipſa reſtauratio reſiſterat diſſolutioi adeo vt reſolutio conſumeret humidum. Adde etiā quod vtrunq; horū vna concurrunt ad hmōi defectum parādum atq; retroceſſionē. Neceſ ſariū igitur eſt materiā finiri, caloremq; extin gui. præſertim cū talis extinctio ex defectu ma teriæ ꝑcedat. Porro ad id facit alia cauſa nem pe humidum aduentitium, quod aſſidue ori tur: ob concoctionis cibi priuationē, nam ad eius extinctiōnem bifariā concurrit, videlicet.

ſuffocatione atq; extinctione:uel qualitatis cõ trarietate nam illud humidum pituitoſum frigidunq; eſt, & hæc eſt mors naturalis, quæ cuiq; indiuiduo ſtatuta eſt, pro ſua prima tem peratura, vſq; ad terminum quem facultas ip ſius expoſcit, pro humido cõſeruando: vnũ quodq; enim indiuiduum: ſtatutum ſibi termi num habet, qui quidem varius eſt: ob tempe raturarũ varietatem. Naturales igitur termi- ni, ſeu ætates, ita ſe habent: Dantur tamen alii termini præter naturales, ſeu rapti, qui ali ter ſe habent, omnes tamen diuino iuſſu repe riuntur. Ex dictis igitur conſtat, corpora pue- rorum & iuuenum, eſſe æqualiter calida, ſed ſenum & ſeniorum, ſeu decrepitorum: frigi- diora: verum puteorum humidiora iuſto, pro pter incrementum quod tum experimento ex mollitiæ oſſium eorum, atq; membrorum: tũ etiam ratione, videlicet quia pauco tempore: diſtãt a ſemine & ſpiritu vaporoſo id compro- bari poteſt. At ſenes & ſeniores maxime, tan- tum ab eſt vt ſint frigidiores: ſed ſunt ſiccio- res, quod tum experientia: ex oſſium eorum duritiæ, cutiſq; ariditate tum ratione, quia multo tempore diſtant a ſemine, & ſanguine ac ſpiritu vaporoſo perſpicuum eſt.

At ignea facultas in pueris, & florentibus, æqua quidem est. Aerea vero & aquosa, in pueris prævalet. Terrena vero in senibus & decrepitis plus superat, quã in duobus illis prioribus: Sed in decrepitis, est potior: florentis autem ætatis, temperatura, æqualior est q̃ pueri: verum in relatione ad puerum, siccior est, Si in relatione ad senem & seniorem, humidior existit: Decrepitus tamen pro membrorũ suorum, simplicium temperatura siccior est, At humentior quidem est humiditate aduentitia madente.

Quod aũt ad sexus attinet. Temperatura fœminea frigidior ẽ, idcirco sua formatione breuiores, exiguioresq; sunt maribus, humidioresq;, nam ob frigiditatem temperaturæ earum, ac ob exiguum exercitiũ ipsarum, multiplicantur in eis excrementa: Caro præterea earum est rarioris substantiæ: q̃uis viri caro propterea quod magis expurgata est, & propter id quod ei admixtum est, rarior quidẽ reddatur. Nam sua densitate, vehementius expurgatur ex re penetrante in ipsam ab ipsis venis & neruorum fibris. Quod ad regiones autem pertinet, septentrionales quidem humidiores sunt. Qui artificia aquea præterea

exercent, humidiores adhuc sunt. Quia vero ab his differunt, diuerso modo se habent. De signis vero ipsorum temperamentorum adhuc fiet nobis sermo, cum de vniuersalibus ac particularibus iudiciis, tractabimus.

Doctrinæ Quartæ Caput primũ de humoris essentia, de eiusq; partibus.

HVmor est corpus humidum fluuidũ: in quod primo alimentum transmutatur.

Humorum autem, quidam est bonus, nempe qui promptus est, vt in partem snbstantiæ aliti conuertatur, siue solus, siue cum alio, eidemq; similis fiat, siue solus siue cum alio, & vt verbo dicam, est id quod aptum est supplere vices rei dissolutæ ab eo. Quidam vero est excrementum quoddam, atque humor malus, qui quidem id quod nunc diximus efficere ineptus est, vel saltem raro, in humorem optimum cõuerti idoneus est, imo

anteq̃ id agere valeat, ſolet a corpore expel-li & excuti.

Ad hæc dicendum eſt, corporis humiditates: alias primas alias ſecundas eſſe. Primæ qui-dem ſunt, ipſi humores quatuor, quos paulo poſt explicabimus. Secundas vero biparti-tas eſſe videntur. Quædam enim excremen-toſæ, quædam vero non excrementitiæ eſſe vi-dentur. Excrementoſas poſterius exponemus Non excrementoſæ autem ſunt, quæ a ſuo ori-gine mutatæ ſunt, & in membra iam tranſie-runt: Verum nondum in partem alicuius ſingularis membri, exacte conuerſæ ſunt, & quatuor ſunt genere, quarum alia eſt quæ in cauitate extremitatum venarum exiguarum quæ membris principibus vicinæ ſunt, atq; ea ipſa irrigant, contenta eſt. Alia eſt quæ in ipſis principibus membris imbibita eſt, ve-luti ros, quæ apta eſt conuerti in nutrimen-tum, vbi corpus eo indigeat, membraque ir-rorat (ſeu madefacit) vbi ob aliquem gra-uem motum vel aliud tale quidpiam exicca-ta fuerint.

Alia ē quæ iã cõcretiõi, coagulatiõiq; ꝓxima ē

est quod.n.nutrimentũ ipsum in substantiam membrorum, quantum ad temperaturam attinet, quo ad apparentiam mutatum est, sed nondum ad integram substantiæ proprietatẽ & essentiam transmutatum est. Quarta est illa humiditas, quæ principalia membra a primo ortu ingressa est, qua ipsorũ partes compactæ sunt, originemq; a genitura contraxit, & genitura, ab ipsis humoribus.

Porro dicendum est, ipsos humores tum laudabiles tum excrementios quatuor complecti generibus, videlicet sanguinis genere, qui inter cæteros humores præstantior est, mox pituite, deinde bilis: postremo atræ Sanguis autem calidus, & humidus natura, cuius genera adhuc duo sunt, quippe naturalis, & nõ naturalis. Naturalis autẽ sanguis, rubei coloris est, omniq; fetore carens, dulcissimusq; existit Non naturalis vero duplex quoq; est. Alius enim est, qui a debita temperatura, & conuenieti transmutatus est, non ob aliquod alienũ sibi admixtum: Sed ob vitiatam sui ipsius tẽperaturam, aut si refrigeraretur, vel calefieret exempli gratia. Alius vero est, qui transmutatus est a natura sua, propterea quod in ipsum aliquis vitiosus succus ingressus est, & is ad-

huc duplex existit: Nam vel huiuscemodi vitiosus, succus, aduentitius extra veniet, accedetque ad ipsum, ac penetrabit in ipsum, eumque corrumpet: vel talis humor in ipsomet sanguine ortus fuerit, vt gratia exẽpli, Si aliqua eius portio putrefierit, cuius tenuis pars in flauam bilem, crassior vero in atram mutata fuerit, vtraque aũt altera earum in eo relicta fuerit. Hæc igitur pars varia esse potest, iuxta varietatem rei, quæ ei & generibus suis admixta fuerit ex generibus, tum pituitæ, tũ atræbilis ac flauæ, atque aquositatis. Sic itaque quandoque turbulentus, quandoque tenuis, nonnunq̃ nigerrimus, aliquando albus efficietur, necnon odorem & saporem proprium mutabit, ita vt quãdoque amarus, quandoque salitus, vel acerosus reddatur.

Pituitæ etiam alia est naturalis, alia non naturalis. Naturalis autem est quæ prompta est in sanguinem quandoque conuerti: Est enim ipse sanguis non integre cõcoctus, inter generaque dulcis pituitæ reposita est, nec multo abũdat frigore: Immo cõparata ad corpus exiguæ frigiditatis est. Sed si ad sanguinem, & ad bilẽ comparetur, frigida quidem erit. Nonnunq̃ tñ ex pituita dulci efficitur illa quæ insipida

est, & non naturalis, quam postea memorabimus: quæ quidem ex mixtione sanguinis naturalis, cum hac dulci pituita fieri contingit quæ in distillationibus atq; in sputo sepissime præcipitur.

GALENVS autem censet naturam non destinasse propriũ membrum veluti receptaculum, ipsi pituitæ dulci naturali, quemadmodum vtriq; bili id designauit, propterea quod hæc ipsa pituita non admodum absimilis est sanguini, eaq; cuncta membra indigent, idcirco cum sanguine permeat. Nos vero dicimus id necessarium fuisse, ob duo, alterum necessitaris, alterum vtilitatis gratia: & quod necessitatis gratia, duplici de causa id fuisse, quarũ p̃a est: vt ꝓxima sit ipsis mẽbris, ita vt si contingat priuari suo solito alimẽto, quod promptũ ẽ cõuerti in optimũ saguinem, vt quod a ventriculo vel iocinore id trahi nequeat, ob aliquas vrgentes causas: Tunc ipsa membra suis naturalibus viribus ad eã se conuertant pituitam, vt & ipsam conficiant, atq; concoquãt ab eademq; nutriantur: & quemadmodũ natiuus calor, eam cuncoquit, atque corrigit, ita aduentitius eam putrefacit & corrumpit, hoc autem necessitatis genus in neutra reperitur

bile. Nihil enim tale cum pituita: ipsæ commune inter se habent, videlicet vt innatus calor eas corrigat, atq; in sanguinem redigat, licet hoc commune inter se habeant, scilicet quod aduentitius calor eas mutat, putridasq; ac corruptas omnes reddit.

Secunda vero causa est, vt ipsa in sanguine misceatur, qnem ad nutriendas particulas, pituitosam, habentes temperaturam, parabit oportet enim, in eo sanguine qui eas alere debet, pituitam inesse, actu, ac terminata quadã porʒione, vt est ipsum cerebrum: hoc tamen & vtriq; bili quoq; commune est.
Vtilitas vero atq; vsus eius est, vt artus & particulas valde mobiles madefaciat, ne ob calorem ipsius motus, ac propter mutuum attritum, exiccatio inde accidat eis, qui quidẽ vsus prope in necessitatis genus transit.

Non naturalis autem pituitæ. Alia est excrementitia, cuius substantia sensu diuersa percipitur, & est quæ muccosa seu mucilla ginosa vocatur. Alia est quæ sensu æqualis ac mediocris apparet eius substantia, re vera tamen

diuersa est, & est quæ cruda vocatur. Est & alia quæ maxime tenuis est: & est quæ aquosa dicitur. Alia adhuc est valde crassa, quæ gipsea vocatur, & est illa cuius portio tenuis, iam dissoluta est, propterea quod ĩ meatibus ac in artubus diu detẽta fuit, & est quidem cæteris aliis crassior. Est & aliud pituitæ genus, quod cæteris aliis & calidius & siccius existit, & est pituita salsa. Cuiuslibet autem salsedinis causa est mixtio aquositatis humidæ, quæ exigui sit saporis vel potius saporis expers sit, cum portionibus terrenis vstis, siccam habentibus tẽperaturam, amarumq; saporem, æqua portione, dico autem æqua portione. Quoniam si huiuscemodi partes exuperarent tunc amaritudinẽ gignerent, ex huiuscemodi aũt genere materiæ, genera salis gigni solent, & aquæ salitæ reddũtur. Imo nõnũq̃ fit sal ex cinere vel fuligine, vel calce, cæterisq; id gen⁹, si in aqua coquatur & coletur, & illa aqua feruescat donec coaguletur & concrescat, veluti sal, vel sua spõte relinquatur, & sic coagulabitur quidem pari ratione si tenui pituitæ, quæ expers est saporis, vel saltem exigui & non validi sit saporis, Admisceatur flaua bilis sicca natura, ac vsta, æqua mixtura profecto eã salsam atq;

cali

calidam reddet,& hæc quidem est pituita bi-
liosa.
Galenus quoq; dixit huiuscemodi pituitam fieri salitam propter eius putredinem, aut ob aquositatem,quæ ei admixta est. Nos autem dicimus putredinē efficere pituitam salitam propter id quod generat in ea de vstione & cineritii cuiusdam facultate: quæ quidem in illius humido admiscetur. At sola aquositas, si ei admisceatur non faciet salsedinem, nisi ad id secunda concurrat causa,pro illa igitur dictione:aut disiunctiua(iudicio meo) debet esse Et:coniunctiua,& tunc oratio erit integra.
Est & alia pituita acetosa,scilicet quæ quidem quemadmodum illa dulcis est duplex, videlicet vel dulcis per suam essentiam: vel per aliquod aduentitium ei admixtum. Sic hæc pituita bifariam fit,acetosa:nempe, vel ob mixtionē alicuius rei aduentitiæ,vñ illud genus atræ acetosæ,qđ paulo post narrabim⁹ oritur, vel ob aliquid in se ipsa existens,vt scilicet illi dulci pituitæ iam dictæ, vel quæ ad dulcedinem accedit,id contingat:quod cæteris succis,seu mustis,dulcibus contingere solet, videlicet quod primo bulliant,secundo acescunt.
Ad hæc datur & alia pituita Acris (quæ ponti

ca vocatur) cuius res ita se habet, nẽpe quod eius actimonia quandoque fit ob atræ bilis acris mixturam: quandoq; vero fit acris, propterea quod refrigerata est valde ĩ se ipsa mutaturq; eius sapor, in acredinem, propterea quod eius aquosa pars est congelata, & in eius siccitatem vel cineritium sensim mutata: calore autem existente imbecillo, non poterit tantũ agere vt ipsa ferueat & acescat, valido vero existente, eam non concoquet.

Et est aliud genus phlegmatis vitreum nuncupatum, crassum quidem atq; densum, sua glutinositate ac põdere vitro liquefacto satissimile, & huiusmodi pituita quandoq; acetosa quãdoq; insipida est, persuaderi autem potest, illam crassam atq; insipidam: esse ipsam crudã vel quæ in crudam conuersa est, & hoc genus pituitæ est illud, quod in suo origine aquosum frigidumq; est: non putrefactum, neq; quidq̃ ei admixtum est, sed tandiu talis pituita clausa atq; restricta mansit donec crassior effecta sit, deinde frigidior.

Habes igitur partes pituitæ corruptæ, quantum ad saporem attinet, esse quatuor, videlicet salsam, acetosam, acrem, insipidam, & quantum ad suam attinet substantiam, qua-

tuor quoq; esse, scilicet aquosam, muccosam, vitream, gipseam, cruda enim sub muccosa continetur

Bilis quoq; alia naturalis, alia non naturalis. Naturalis autem est spuma saguinis, quæ rubei coloris atq; splendentis est & leuis & mordax, & quanto calidior, tanto rubicundior existit, quæ cum in hepate genita est, in duas partitur partes, quarum alia cum sanguine meat. Alia vero ad fellis vesiculam distillatur, illa autem, quæ cum sanguine meat, id quidem & propter necessitatem, & propter vsum fit.

Necessarii autem cuiuspiam gratia, ideo fit, vt ea mixta cum sanguine, eas nutriat particulas quibus pro earum temperatura tantum detur de cholera, quantum pro sua portione ac dispensatione debetur, vt est pulmo.

Præsidii vero, ac vtilitatis gratia, ideo fit, vt sanguinem attenuet, eumq; per meatus penetrare faciat.

Quæ iterum ad vesiculam fellis distillatur & necessitatis & vtililitatis quoq; gratia id fieri perspicuum est.

Necessitas autẽ, vel vniuersum respiciet corpus, nempe vt ipsum ab eo excremento liberet, vel particulare respicit mẽbrum scilicet, vt fells vesiculam enutriat. Iuuamentũ quoq; duplex quidem est.

Primum est, vt intestina ab excremento suo atq; a tenaci & glutinosa pituita abluantur.

Secundum vero est, vt intestina & musculos ani, mordeat vt vrgentem necessitatem egerendi, percipiant, ad idq; incitari cogantur: hinc fit, quod qnandoq; accidit dolor coli intestini, vbi contingat porũ illum qui a vessicula fellis, ad intestina descendit obstrui.

Cholerae autem non naturalis, alia est, quae limites naturae ideo transgreditur, quia aliqnid aduentitiũ sibi admixtum est. Alia vero est praeter naturalis per se ipsam, non ex re aliena. Prima autem est nota & manifesta, est enim illa cui illud aduentitium, quod ei admixtum est, pituita quidem est, oriturq; vt plurimum in hepate. Sed est quaedã alia minus manifesta, & est illa cui id alienum, quod ei admixtum est Melancholia quidem est. Quod vero notum ac manifestum diximus, est ipsa citrina vel vitellina cholera. Nam nonnunquã pituita, quae ei admiscetur, est tenuis, exqua

oritur inde prima, & qnandoq; est crassa, & oritur secunda: hoc est, illa quæ vitello oui similis est. Minus nota autem est, quæ cholera vsta vocatur: & hæc bifariam gignitur, vel scilicet, quod vratur cholera ex seipsa: in qua generetur cineritium quoddam, eiusq; portio tenuis non secernatur ex cineritio suo immo illud cinetitium, in ea retineatur, & hæc est peior, vel atra extrinsecus ei adueniat, admisceaturq; cum ea, & hæc quidem tutior est. Huius autem cholere color est rubeus, non tamen est splendens neq; perlucens, imo sanguini non absimilis est: Verum tamen est tenuis, mutaturq; ex proprio colore multis de causis: Illa vero, quæ ex se naturam transgreditur. Alia est, cuius maior portio in hepate. Alia est cuius in ventricnlo maior portio generatur, illius autem, cuius maior portio in hepate gignitur, vnum est tantum genus: quod fit: quũ q͞d tenuius est in sanguine aduratur: & hæc vstio indidit in eam qualitatem melancholicam: Et q̃ in vẽtriculo magis gignitur. Duplex quidẽ est, quippe vel porrea, vel heruginea: videtur autem porrea ex ustione vitellinæ gigni: nam quum vritur: ipsa vstio, producit in eam nigredinem, quæ admixta citrinitati viriditatem

parit. Heruginosa vero videtur ex porrea gig ni, quũ scilicet eius vstio tam valida sit, vt eius humidũ consumat, incipiat q; in albumcolo rẽ verti, ob eius siccitatem: parit enim primo ipse calor nigredinem in corpore humido. Mox aufert ab eo ipsam nigredinẽ vbi incẽ perit eius humidum consumere, quod officicium si validum fuerit, illud profecto album reddet, quod in lignis perspicuum est: quæ primo quidem in carbonem, mox in cinerem rediguntur, calor enim in humidum, nigredinem, in eius vero contrariũ albedinem parit At frigus in humidũ albedinẽ, & in eius contrarium, nigredinẽ efficit. Hæc aũt Iudicia mea quidem sunt, scilicet quæ de cholera, porrea & heruginosa dixi & ex ipsa coniectatione sumpta. Genus præterea illud herugineũ calidius est ac deterius cæteris aliis choleræ generibus, magisq; exitiale: immo fertur ipsum esse de substantia venenorum.

Atræ autem bilis, Alia naturalis, alia excremẽtitia & nõ naturalis. Naturalis autem est quod ex sanguine residet & fex sanguinis laudabilis atq; quod ex eo turbulẽtũ est, saporẽq; mediũ inter dulcedinẽ & acredinẽ (ponticitatẽ vocant) obtinet. Cũq; in hepate gignitur, bifari

am diuiditur, quippe alia portio eius cũ ſan-
guine meat, alia vero ad lienẽ tranſit. Quæ igi
tur procedit cũ ſanguine id & ob neceſſitatẽ
& ob vtilitatẽ fit. Neceſſitatis aũt gratia, ideo q
dẽ eſt: vt tantum de ea cum ſanguine miſcea-
tur quantũ: debetur pro nutritione ſingulorũ
membrorũ: quæ debent pro ſua temperatura
idoneã portionem melancholiæ obtinere vt
eſt os. Eius vero vſus eſt, ſcilicet vt ſanguini vĩ
ac robur atq́ʒ craſſitiem tribuat. Ea aũt pars
q̃ ad lienẽ trãſmittitur qua quidẽ ſanguis nõ
indiget, & neceſſarii atq́ʒ vſus quoq́ʒ gratia,
quidẽ tranſfertur. Neceſſitas aũt vel vniuer-
sũ reſpicit corpus quod eſt vt ab eo excremẽ
to ipſum expurget: vel ad vnicum ſpectat mẽ
brum: quod eſt vt lienem nutriat.
Eius vtitilitas vero habetur, vbi ad orificium
ventriculi trahitur, qui quidem vſus duplex
exiſtit, quorum alter eſt, quod ipſa os ventri
culi roboret, atq́ʒ vigoret & comprimat. Alter
vero vt ſua acerofitate (ſeu acredine) orifi-
cio ventriculi titillationẽ inferat, ipſumq́ʒ ad
famem excitet, appetitumq́ʒ moueat.
Nec te lateat ſanguinẽ non indigere ea bile q̃
ad fellis marſupiũ fertur & ipſam veſſiculam
fellis non indigere ea quæ ab ipſa

extrahitur. Itidem & de Atra bile dicendũ est, quæ ad lienem trahitur, illa enim: sanguis non indiget, neq; ea quæ a liene extra mittitur, liẽ indiget, & quemadmodum illa postrema cholera excitat vim expultricem inferius: sic hæc postrema melancholia excitat atractricem superius: laudetur creator omnium formatorum summus.

Non naturalis vero melancholia, ea quidẽ ẽ quæ nec ex residendi modo, neq; ex feculenta secretione Immo ex vstione & cineritii mõ fit: Nam si humida aliqua terreæ admisceãtur rei bifariam terrena illa res ab eis secernitur: Nẽpe vel per modum residendi, vel feculentæ sequestrationis & tale quid ex sanguine: est ipsa melancholia naturalis: vel per modum vstionis, videlicet vt pars tenuis dissoluatur remanente crassa, & tale quid ex humoribus est ipsa melancholia excremẽtosa, quæ atra bilis nũcupatur. Inter cæteros autem humores solus sanguis subsidentiam, seu sedimentum fecale efficit, nam pituita ob eius lentorem nihil ex ea subsidet: veluti in oleo fit: neq; ex cholera etiam subsidet aliquid: quod sit alicuius momenti, ob eius tenuitatem, ac ipsius terrenæ partis exiguitatem, necnon ob assiduum eius

motum, atq; propterea: quod id ipsum quod de ea ex corporis sanguine secernitur, minimum admodum est, & exiguum, & si quid tandem secernatur ocyssime, id putrescit vel expelletur, qđ si putrescat, dissoluetur eius pars tenuis, & relicta crassa, erit quidem melancholia vsta, non feculenta, seu subsedimentosa Excrementosæ vero melancholiæ: Alia est cinis cholere eiusq; vstum, & hæc amara est sapore. Differt autem hæc ab illa, quam vstã cholera vocauimus, quod illa est cholera cui admixtus fuit is cinis. Hæc vero est cinis per se seiunctus cuius tenuis pars, iã dissoluta est. Alia est q̃ ẽ pituitæ cinis, & quod ex ea vstũ est Si autem huiuscemodi pituita fuerit tenuissima atq; aquosa tunc eius cinis erit salitus sin autem tunc ad acetosum aut acrem (ponticum vocant) saporem declinabit.

Est & alia quæ est cinis sanguinis: eiusq; vstio & hæc salsa est ad dulcedinem aliquantisper declinans.

Est adhuc quæ melancholiæ naturalis est cinis, quæ si tenuis extiterit, tunc eius cinis & quod crematum est ex ea erit valde acetosum, veluti acetum quod in terram proiectũ feruet acetosum habẽs odorem, a quo muscæ

fugiunt,& alia id genus. At si crassa fuerit, mi nus acetosa erit, parumque de acri atque amaro obtinebit. Sunt igitur genera melancholiæ vitiosæ tria. Nempe primũ est vbi cholera vritur & eius pars tenuis dissoluta est, & habet illas duas species (seu partes) quas post hanc narrauimus.

Pituitosa vero melancholia tardius infert læsionem & vitium. Cholerica magis lædit ciciusque corrũpitur, verum remediis magis obtemperat. Reliquæ aũt duæ partes, illa quæ est vehemẽtioris acetositatis deterior est, verum si inter initia ei succurratur facilius curabitur. Tertia vero quæ minus super terram ebullit, minusque membris infigitur, tardius interimit, verum difficilius tum dissoluitur tum concoquitur, tum etiam curatur. Hæc inq̃ sunt genera humorum, tum naturalium, tum excrementosorum.

Inqt Galenus errauit qui cẽset sanguinẽ solũ esse humorem naturalem: Reliquos vero humores esse excremẽta, quæ in nullũ vsum veniant penitus. Quoniam si tantũ sanguis nutriret membra, oĩa membra essent inter se similia tum temperamento, tũ substantia eorũ, nec fuit os durius carne, nisi qa sanguini suo

admixta eſt ſubſtantia dura melãcholica, neq; etiam cerebrum fuit mollius oſſibus, niſi quia ſanguini ſuo admixta eſt ſubſtantia mollis pituitoſa.

Adde etiam q ipſum met ſanguinem inuenies mixtũ cũ reliquis humoribus, ſeperatumq; ab eis, ita vt dum e corpore exit & ſeparatur ac in vaſe quieuerit ſenſu ipſo affirmante, in partem ſecernitur ſpumoſam: quæ cholera eſt, & in partem feculentiæ ac turbulentiæ, ſimilem: quæ melancholica eſt, & in parte albo oui ſimilem, quæ eſt pituita, ac in partẽ aquoſam quæ eſt ipſa aquoſitas, cuius excrementũ per vrinam expellitur (ipſa autem aquoſitas non eſt ex humoribus firmis ſeu conſtantibus ſed ex ipſo potu qui non nutrit: Sed fuit neceſſarius ad nutrimẽti attenuationem, eiuſq; penetrationem: fit autem humor ipſe ex cibo & potu qui nutrit: Intelligoq; per cibum & potum nutrientem: eum qui eſt in potentia ſimilis corpori: Quod vero eſt corpori humano ſimile in potentia: eſt quidem corpus mixtum, non ſimplex. Aqua autem ſimplex quidem eſt.

Sunt præterea nonnulli, qui putant hominis robur inſequi multitudinem ſanguinis

eiusq; imbecillitatem paucitatem sanguinis se qui, sed non ita res se habet: Immo quod at tendi, ac cosyderari debet, est: quod: ex eo cor pus sumpserit.

Sunt & nõnulli alii qui censent, quod licet hu mores crescant vel decrescant in corpore dũ tamen seruetur inter eos ea propottio: quæ hnmanis corporibus debetur, in sua quantita te: sanitatem quidem seruari, verum id nõ ita se habet: Quoniã oportet cum hoc ipsos hu mores habere adhuc certam quantitatem ac mensuram, non in relatione ad alium humo rem. Sed in seipsis, seruata tamen mensura quæ eis debetur in relatione ad alium humo rẽ inter se. Multa præterea reliqua sunt quæ sita de humoribus, quæ ad medicum non atti nent, sed ad philosohum, ideo ea prætermisi mus.

Caput Secundũ de modo quo hu mores gignantur.

C Omanducatio: aliquam affert in cibum concoctionem, propterea, quod oris su perficies, superficiei ventriculi annexa ẽ, Immo est veluti vnica superficies, vimq; cõ

coquendi adepta est ab eo,& cum os id quod mansum est(seu dentibus contritum) terigerit,ipsum aliquantisper permutat : ad quod etiam sputum concoctione comparatum,cui calor naturalis inest,summopere conducit:idcirco triticum mansum maturationi furunculorum vel tuberculorum & abcessuum confert,quod non efficeret idem cõtusum aquæ mixtum vel decoctum. Quod autem res mansa iam inceperit aliquid concoctionis habere: Indicio est (vt aiunt) quod nec saporem neq; odorem priorem retinet, sed cum ventriculum attigerit perfecte ibi concoquitur, non tantum ventriculi calore , verum etiam calore eorum,quæ ipsum amplectuntur :nẽpe a parte dextra iecur,a sinistra liẽ : calefacit enim splen,non sua substantia,sed ob multas arterias & venas: quæ in eo sunt:In anteriori vero parte,abdomen extat,quod facile calorem recipit ob eius pinguedinem,eumq; ad ventriculum defert. In superna autem parte cor per calorem quem in septum transuersum (seu præcordia) infert. Cũq; primũ:cibus primo cõcoctus est efficitur in sua. substãtia, in pluribus animalium & præsertim adminiculo rei epote admixtæ cum ipso, vt plurimum

veluti ſuccus quē Græci (chilon & pthyſanā vocant) qui quidem eſt ſubſtantia liquida flu ens: Aquæ cremoris ordei craſſi non abſimilis Proxime vero trahitur quod tenuius eſt eius, ex ventriculo & inteſtinis quoq;: Impelliturq; per venas quas Meſaraicas vocant, quæ tenu es ac duriuſculæ ſunt, annexæ quidem cunctis inteſtinis, & cum ad ea impulſus fuerit, ad venam, quæ in caua parte hepatis ſita eſt, quā portam hepatis vocant: peruenit, heparq; penetrat per quaſdā particulas & ramulos, haud capillis abſimiles, qui dum ingrediuntur, minorantur, ac ramificantur, in ipſa porta orificiiſq; truncorum partium venæ, quæ per gibbam partem hepatis aſcendit, obuiant. Nec is ſuccus per tam anguſta loca penetrare poſſet, niſi ob excellentem mixtionem aquæ epote pluſquam pro corporis neceſſitate conuenit. Qui cum in fibras harum venarum diſſeminatur & diuiditur: Tunc totum iecur vniuerſum contangit ſuccum hunc. & ſic validius ac vehementius velociuſq; in ipſum aget & tunc concoquitur.

At in omni concoctione humiditatis, ſecernitur aliquid ab ea: quod eſt veluti ſpuma, aliud vero vt fex: nonnunq̄ etiam ineſt illi quodad

vstionē ē decliue, si concoctio excellens fuerit quadoq; vero quid fere crudum si imbecillis fuerit decoctio. Spuma igitur est ipsa flaua bilis, fex vero atra, & vtræq; eæ sunt naturales: perusti vero pars tenuior est ipsa bilis seu cholera vitiosa: illiusq; crassum est atrabilis vitiosa non naturalis. Crudum quoq; est ipsa pituita. Quod vero ex hac summa percolatum ac concoctū ē: sanguis quidem est. Verum dum in hepate persistit, tenuior iusto redditur ob excessiuam aquositatis portionem, quæ necessaria est ob causam quæ superius tacta fuit. At sanguis ipse cum ab hepate separatur, excernitur ab eo portio aquea illa superfluens, qua indigebat ob causam quæ iam ablata est. Idcirco trahitur ab eo per venam descendentē super renes: quæ tantum quantitatis & qualitatis secum fert de sanguine: quod pro alimēto renum idoneum sit. Aluntur igitur renes ea portiōe pingui ac sāguinea quæ illi aqueæ inerat, reliquum vero eius ad vessicā & colem expellitur. Sanguis aūt optimæ substantiæ expellitur sua dispositione, per venā magnā ascendentē ex giba hepatis parte & transit p venulas ab ea ramificatas mox p riuulos venarū rursus per canaliculos riuulorum proxime p

canaliculorum adnatiões exiles: veluti ramuſculos: deinceps per venulas fibroſas, quæ capillis ſimilantur. Demum ab illarum oſcillis in membra diſtillat: præcepto Dei Opt. Max. Cauſa præterea effectrix ipſius ſanguinis eſt, calor modicus. Materialis vero, quod inter alimenta moderatum eſt, & inter potiones optimum: formalis eſt exacta ac proba concoctio. Finalis vero eſt vt corpus nutriat. At flauæ bilis cauſa efficiens eſt calor exceſſiue igneus, præſertim in hepate. Cauſa materialis vero, quod inter nutrimenta tenue calidum, dulce pingueq; ac acre ſeu mordens eſt. Et eius formalis cauſa exceſſiua concoctio: finalis vero eſt illa neceſſitas & vtilitas, quæ iam dictæ ſunt ſuperius.

Pituitæ autem cauſa effectrix eſt calor imbecillus. Materialis vero, quod ex cibis craſſum humidum, glutinoſum, frigidumq; exiſtit: formalis eſt concoctionis imbecillitas: finalis vero neceſſitas & vſus ſuperius iam dicti: cauſa exiſtit.

Porro atræ bilis efficiens: eius quidem quæ feculenta & reſidens eſt: calor moderatus cã exiſtit, eius vero quæ vſta eſt, exceſſiuus quidem calor qui limites æqualitatis tranſgreditur

materialis

Materialis autem est, id quod inter alimenta valde crassum & parum humidum existit. Sed quæ calida sunt, id validius agunt.
Formalis vero est vel grauitas residens altero duorum modorum videlicet, vt non sit fluxibilis vel dissolubilis.
Finalis demũ est illa vtilitas & necessitas, quæ iam superius citatæ sunt. Multiplicatur præterea atrabilis, ob hepatis calorem, aut lienis imbecillitatem, aut ob frigus vehemens congelans, aut ob assiduam astrictionẽ, aut propter plures & diuturniores morbos, ob quos humor in cinerem redactus est. Cumq; melancholia multiplicatur, & inter ventriculum & iecur permanserit, raro tunc generabitur sanguis, & boni succi, immo sanguis minorabitur. Ad hæc sciendum est, quod calidum & frigidum sunt duæ causæ inter cæteras alias quæ humores pariunt: Verum æqualis calor sanguinem: Imbecillis pituitam: Excedens vero flauam bilem: Sed maxime superans atram bilem gignit ob excessiuam vstionem.
At frigidum pituitam, sed si excessiuum, melancholiam gignit, ob cõgelationis excessum. Verum tamen animaduertere debes virtutes passiuas, actiuis correspondere debere. Nec

pro firmissima sententia haberi debet: quod quælibet temperatura gignat sibi similem, & non contrariam per accidẽs, & si non per se. Quoniam sæpissime cõtingit temperauram aliquam: suum contrarium generare per accidens: nam frigidum & siccum temperamentum, alienam & aduentitiam humiditatem gignit, non ob similitudinem, sed ob concoctionis imbecillitatem, & si alicui ita cõtigerit macilentus quidem erit, & artus laxos habebit, pilosq; tenues: eritq; pusilli animi, atq; frigidus tactuq; lenis, venasq; angustas obtinebit: Cuius rei non absimile est quod senecta de pituita gignit, quamuis vera temperatura senectæ frigida & sicca sit: Nec te latere debet sanguinem & quicquid cum eo per venas meat, tertiam habere concoctionem: & cum per cũcta membra distribuitur, vt vnũ quodq; eorũ suum habeat alimentum, tunc quartam obtinebit concoctionem.

Porro primæ concoctionis quæ in ventriculo fit, excrementum quidem per intestina expellitur. Secundæ vero quæ in hepate fit maior eius pars per vrinam, reliquum vero per lienem & fellis vesiculam. Excrementum autem reliquarum duarum concoctionum per

insensibilem (p halitum) dissolutionem expellitur, necnon per sudorem & sordidum excrementum quod partim per meatus sensu apparentes, vt est nasus & aures, partim per eos qui sensum fugiunt, vt sunt meatus cutis exigui (poros vocant) excernitur, quandoq; vero per ea quæ sunt præter naturam, vt per abscessus diruptos, aut per id quod sponte ex corporis additamento oritur, vt sunt pili & vngues. Scias præterea quod qui tenues humores obtinet debilitatur ex eorum euacuatione, læditurq; eius vis & robur ex meatuũ exilium dilatatione si lati fuerint: tum ob imbecillitatem insequentem dissolutionem ipsam: tum etiam quia humores prætenues faciles ac promptæ sunt euacuationi, ac dissolutioni: Id autem quod facile euacuatur, & dissoluitur facile quoq; associatur spiritui in sua dissolutione, cum eoq; etiã dissoluitur. Scias quoq; quod quemadmodum hi humores habẽt causas, quæ eos generent, sic habent & quæ eos moueant: nam motus & res calidæ sanguinẽ & flauam bilem mouent: immo quandoq; atrã bilem mouent ac roborant: verum quies pituitam & aliqua genera atræ bilis roborat. Immo & ipsæ cogitationes & curæ, humores mo

uent, vt si quis res rubicundas inspexerit, sanguis illi commouebitur, ob idq; qui sanguinis narium fluxũ patitur præcipitur, ne quod rubeum splendorem & radium habet spectet. Id igitur satis sit de humoribus, de eorumq; generatione. Rationes vero eorum qui de esse eorum disceptant ad Philolosophos non ad Medicos attinent.

Caput singulare Quintæ doctrinæ de Membri essentia, de eiusq; partibus.

Membra sunt corpora orta ex principali mixtura humorum, quemadmodũ humores sunt corpora orta ex primaria mixtura alimentorum: Sicut aliméta sunt corpora orta ex primaria mixtura elementorum.

Membrorum autem alia Simplicia: Alia composita. Simplicia sunt illa quorum pars quæuis sensibilis communicat nomine & diffinitione ipsi toto, vt est caro & ossa & nerui, cum suis partibus, & alia id genus, idcirco similaria nuncupantur. Composita vero sunt illa quorum quacunq; parte accepta non communi-

cabit nomine & diffinitione ipsi toto, vt manus & facies, pars enim faciei, non est facies, neq; pars manus est manus & hæc instrumentaria seu organica membra vocantur, quia sunt instrumēta animæ ad perficiendas actiones & motiões. Primum autem membrorum similiarium est os, quod quidē ideo prædurum creatū fut, vt esset corporis fundamētum & motionum sustentaculum: post ipsum est cartillago, quæ mollior est osse, vt flecti possit, est tamen cæteris aliis durior, cuius vsus est ne mollia duris sine medio nectantur, vt ossa mollibus membris: læderentur enim, mollia a durioribus præsertim ex ictu & percussione aliqua seu oppressiōe, sed vt adhæsio seu compositio sit debite ordinata, vt ī scapulis & præcordiis ac in posterioribus costis, & in scutali cartillagine, quam pomum granatum vocāt, perspicuum est. Adde etiam ne membra vel artus quæ attritu quodam hærent sua duritie labefactentur, vel dilacerentur. Necnon si aliqui musculi ad aliquod membrum ossium expers, se extenderint, vt possint cartillagini inhærere, in eaq; fulciri, vt sunt palpebrarū musculi, ibidemq; fulciantur eorum chordæ. Ad hæc sæpissime est necessarium fulcimentum,

seu sustencalum pro re valida, quæ tamen nō est extreme dura, vt fit in ipsa ligula quā epiglotidam vocant, proxime succedunt nerui, qui siue a cerebro, siue a medulla spinali ortū habent, qui albi, lenes, mollesq; flexu sunt, duri tamen vt difficile rumpi possint, qui vt mēbra sensum & motum exacte exerceant creati sunt. His Chordæ succedunt, quæ ex musculorum extremiratibus ortæ sunt, neruisq; nō ab similes, quæ membris mobilibus obuiant, & ea quādoq; contrahunt, cum ipsæ contrahuntur ex conuulsione musculi, eiusq; constrictiōe ac retrocessione. Quandoq; vero ea resoluunt (seu relaxant) cum & ipsæ resolūntur cū musculis extenditur seu dilatatur, & ad suum locū & situm reuertitur, vel additur eius longitudo plusq̄ deceat, & plusq̄ pro suo naturali positu conueniat, vt in quibusdam musculis perspicuum est. Sunt præterea vt plurimū compositæ ex neruis qui in musculum pertranseunt, a quo per aliam egrediuntur partem. et ex ligamentis de quibus statim cum chordis fiet mentio, quæ quidem tum colore tū tactu nerueа sunt, quæ ab ossibus versus musculos & artus proficiscuntur. Diuiduntur autem ipsa & chordæ fibrosæ, & quod simul ex eis ad mus

culum peruenit repletur carne. Quod vero ad artum & membrum mobile se confert, aggregatur in se ipsũ & in chordã construitur, & contexitur, ligamenta ergo postea sequuntur, de quibus paulo ante verbum fecimus, quæ effigiem quoq; nerueam referunt. Quorum alia simpliciter ligamina vocantur seu copulæ. Alia nomen proprium Harabice sortita sunt, & vocantur Hachab. Id enim quod ad musculum se extendit non vocatur nisi vinculum, seu ligamentũ, illud vero quod ad muscnlum, non se transfert, sed inter duo extrema duorum ossium ipsius artus, vel aliorum membrorum copulat, exacteq; alligat alterum alteri licet nominetur copula, habet tamen in Harabica lingua proprium nomẽ Hachab id est, serta. Porro nullum ligamẽtum sensum habet, ne ob multum necessariumq; eius motum & attritum lædatur: vsus præterea ligamentorum ex prædictis iam patet. Post hæc sunt arteriæ quæ ex corde oriuntur, protensæ cauæ longæ nerueæ substantiam ligamentorum referentes, quæ motus constrictionis & dilatationis habent, qui quietibus distinguuntur, nam inter duos motus necessario interme diat quies naturaliter: fuerunt autem arteriæ

creatæ vt super cor euentationem agant, va-
poréq; fumosum ab eo discutiant & dimoueãt
& super mẽbra corporis spiritum distribuant:
His venæ succedunt quæ arteriis sunt similes,
verum ex hepate sunt, & sunt immobiles, & vt
alimentum ex hepate ferant, creatæ sunt. Post
has sunt membranæ quæ ex fibris nerueis sen
su inperceptibiles, substantia tenues contextæ
sunt, quæ latæ quidem sunt, ac superficies seu
summitates aliorũ corporum tegunt, sup illas
aũt positæ sunt, ob varia iuuamenta inter quæ
aliud quidem est vt totum membrum in sua
figura & formatiõe seruet, aliud vero vt ab ali
is mẽbris pendeant, illisq; & alligent p neruos
& ligamenta, quæ in suas fibras sunt diuisa ex
eisq; sunt contexta vt in renibus cum dorso
res se habet. Adde etiam aliud iuuamentum
nempe vt membra quæ ex sui substantia sen-
su carent, habeant superficiem sentiẽtem per
se id quod ipsam offendit. Et si quid corpori
intra illam circumuoluto accidat illud per ac
cidens sentiat, cuiusmodi sunt pulmo, hepar,
lien, renes ambo. Hæc enim de se nihil peni-
tus sentiunt, sed si quid ea offendat id per mẽ
branas ea tegentes sentiunt si flatuosa vento-
sitate vel apostemate aliquo arripiãtur ea qui

dem sentiũt. Ventositatem :autem cum mem brana per accidens distentionem in ea ortam sentiat. Apostema vero sentit per acccidens origo ipsius membranæ, & locus vbi pendet propter vim in membrũ, ex pondere apostematis illatam. Post membranas succedit caro quæ est repletio situs horum mẽbrorũ in corpore, eorumque robur super quod sustẽtẽtur, præterea vnaquæque particula habet in se naturalem vim qua sua nutritio perficitur, nempe vt alimãtum trahat illudque retineat assimilare & adhærere faciat & quod superfluum est expellat.

Rursum membra inter se differunt, Quoniã quæda eorum habent præter prædictam facultatem, adhuc aliam quæ ab eis ad alia transit. Quædam vero id non habent: deinceps vero quædam alia præter hanc virtutem habent aliam, quæ ab alio ad ipsa venit: nonnulla uero id non habent. Hæc autem si cõiugabis sequetur coniugatio hæc, nempe, uel erit mẽbrum recipiens & dans, uel dans & non recipiens, uel recipiens non dans, uel neque recipiens neque dans. Reperiri autem membrum quod recipit & dat, nemo dubitat. Nam cerebrum & hepar utrunque eorum recipere uim

vitæ, caloremq; naturalem, ac spiritum a corde omnes concedunt, vtrumq; eorum quoq; est principium facultatis, quam aliis præstant Cærebrum enim vt multi credunt, est initiũ sensus absolute apud alios vero non simpliciter: Hepar quoq; apud aliquos est principium nutritionis simpliciter, apud alios vero non simpliciter. Quod autem uon reperiatur membrum, recipiens non dans, absurdius est dubitare: Caro enim vim sentiendi & vitæ recipit, nullius tamen virtutis est principium quam alicui alteri præbeat vllo pacto. De reliquis autem partibus diuisionis, videlicet de membro: quod dat & nõ recipit, & quod neq; dat neq; recipit: circa primam partem Medici cum philosophorũ maximo disceptati sunt: nam philosophus maximus asserit illud membrũ esse cor, quod est prima radix cuiuslibet virtutis, cunctisq; membris aliis suas tradit vires: quibus nutriantur & viuant ac comprehẽdant, moueanturq;: Medici vero atq; philosophorum antiquorum complures, has facultates variis imponunt membris, dicunt etenim nutritionem in hepate, vitam in corde, sensus apprehensionem atq; motus in cerebro existere, heparq; vim suam cerebro & cordi præsta

re,reliquiſq; membris omnibus. Identidem cerebrum & cor,nec exiſtimant reperiri mem brum dans non recipiens, verum ſi philophi ratio accurate ac diligenter conſyderetur, ve rior quidem eſt:Medicorum tamen primo in tuitu apparentior ſeu probabilior exiſtit. In vltima quoq; diuiſionis parte Medici & Philo ſophi inter ſe diſceptant. Quidã enim eorum putant quod oſſa & carnem non ſenſitiuam & alia id genus: remanent in ſuis propriis virtu tibus,quæ ab aliis principiis non veniunt ad ipſa : Verũ illiſmet viribus ipſa ſibiipſis ſup plent,cum nutrimẽtum ad ſe peruenerit, ſed neq; alicui alii rei vim præſtant, neq; aliquod aliud membrum eis aliam facultatem præſtat Quidam vero alii putant illas virtutes nõ eſ ſe eis ꝓprias,ſed vel ab hepate vel a corde ab initio generationis fuiſſe:ipſis influxas , mox in eis quieſcere & reſidere .Medicus autẽ non debet inſiſtere circa has duas diuiſiones:vt ve lit eas demonſtratiue verificare,neq; id eõceſ ſum eſt ei vt Medicus eſt, neq; propterea in ſuis contemplationibus & actionibus id ei officiet.Immo debet ſcire & credere quãtum ad primam attinet diſceptationem, quod nõ refert ſiue cor ſit principium vitæ & cerebrũ

ſenſus & motus voluntarii, hepar vero faculta
tis nutriendi: ſiue non ſit: quoniam cerebrum
vel per ſe vel per aliud videlicet per cor eſt
principium actionum animalium in compa-
ratione ad alia membra: Hepar quoqꝫ eſt prin
cipium naturalium actionum nutritiuarnm
in reſpectu ad reliqua membra. Et de
ſecunda diſceptatione debet ſcire & credere,
quod non refert, ſiue ab initio peruentus ab
hepate peruenerit virtus naturalis ad ipſa oſ-
ſa ſiue ſibi id debeatur ex ſua propria tempe
ratura: ſiue nihil horum duorum ſit, ſed de-
bet credere illam virtutem non eſſe nunc eis
influxam ab hepate, ita vt ſi clauderetur via
inter ipſa & alimentum, & paratũ eſſet apud
os, tunc eius actio deleretur, quemadmodum
ſi neruus qui a cerebro venit claudatur, ſen-
ſus & motus quoqꝫ auferentur ſimul: verum
illa virtus efficitur connaturalis oſſi, dum in
ſua perſiſtit temperatura: & ſic manifeſta erit
ei hæc diuiſio & reperiet tunc membra prin-
cipalia: & mēbra ſubminiſtrantia principa-
libus & membra ſub principibus ordinata ſi-
ne aliqua ſubminiſtratione & ſeruitute.
Principalia ſunt quæ habent in ſe principia
primarum potentiarum corporis quibus ne-

cessario indiget pro indiuidui, aut speciei durabilitate, p indiuidui quidẽ sita, tria sunt pñcipalia videlicet, cor, qđ est potẽtiæ vitæ principium. Cerebrum quod potentiæ sensus & motus est principium. Hepar quod potentiæ nutritiuæ pro speciei perpetuitate.

Hæc tria quoq; sunt principalia quibus quartum additur, proprium speciei: videlicet testes qui partim necessarii, partim vtiles sunt. Necessarii quidem ad generationem geniture, quæ prolem conseruat. vtiles vero ad adipiscendam perfectam formationem & temperaturam masculinam & fœmineam, quæ sunt accidentia necessario insequentia genera animalium: Sed non sunt res quæ essentiam vitæ faciant.

Subministrantium vero, quædam præparatoria, quædam delatoria subministratione seruiunt.

Præparatoriam autem voco ipsam vtilitatem. Delatoriam vero simplicem subministrationem. Præparans autem subministratio principis actionibus præcedit. Deferens vero illis postponitur: Cordi igitur præparat pulmo. Deferunt vero Arteriæ: Cerebro autem præparando subministrat,

nistrat, hepar: & reliqua membra nutrientia, atq; spiritum seruantia, Deferēs vero vt nerui. Hepati quoq; seruit præparando ventriculus, vt deferens vero venæ, Testibus aūt præparant, membra semen generantia, ante testiculos. Deferentia vero sunt in maribus penis & illæ venæ, quæ inter ipsum & ipsos testes mediant. In mulierlbus quoque sunt venæ, quæ sperma ad locum conceptionis impellunt, præter quod adhuc habent mulieres vterum: quo perficitur vtilitas seminis. Galenus autem iam dixit inter membra aliquod habere actionem tantum. Aliquod vero vtilitatē tantum. Aliquod aliud & vsum & actionem simul obtinere, primum est vt cor: secundum vt pulmo: tertium vt hepar. Ego autem dico quod per actionem debemus intelligere id quo solo perficiuntur actiones vitā indiuidui ingrediētes aut speciei perpetuitatem, vt est cor ad spiritus generationem: & per vtilitatem intelligamus, id quod aliquod membrum præparat ad recipiendam actionem alterius membri, & tunc actio perfecta ad præstandā vitam indiuidui & speciei durabilitatem, erit sicut pulmo qui aerem præparat. Hepar quoq; primo concoctionem suam secundam conficit,

& pro tertia & quarta præparat. Ratiõe igitur qua suam secnndam concoctionem complestã efficit, ita vt ille sanguis sit idoneus pro sui ipsius nutritione tunc iam actionem egit. Sed ea ratione, qua actionem adiuuantem, actioni futuræ egit, tunc iuuasse dicimus. Iterum dicimus quædam membra ex semine gigni, & dicuntur similaria, præter carnem & seuum.
Quædam alia ex sanguine, vt pinguedo & caro: Reliqua enim ex vtroq; semine, scilicet maris & fœminæ gignuntur, verum illa vt philosophorum verificator dicit, ex virili semine gignuntur, vt caseus ex coagulo, & ex fœmineo vt caseus ex lacte, & quemadmodum principium coagulationis inest coagulo, ita initium coagulationis quæ eſt a forma, est i semine virili: & quẽadmodũ initiũ coagulationis est in lacte, ita vis coagulationis formæ videlicet vis passiua, est in semine fœminec, & quemadmodum vtrunq; illorum duorum scilicet coaguli & lactis: sunt pars substantiæ casei qui ex illis oritur, ita vtrunq; semen est pars substantiæ fœtus: Quod dictum non parum sed multum contrariatur dictis Galeni, credit enim ipse vtrunq; illorum seminum, habere vim coagulatiuam ac receptiuã coagulationis. Nihil

tamen obest, quin dicatur vim coagulatoriã in maribus esse validiorem, coagulabilem vero, validiorem in fœminis. Cuius rei veritas, in libris nostris qui de principalioribus scientiis sunt, probata est. Mox sanguis qui per mẽstrua a muliere excernebatur, efficitur alimentum fœtus: nam menstruorum, quædam pars transmutatur in similitudinem substantiæ seminis & membrorum, quæ ex eo gignuntur, eritq; alimentum ea augẽs, alia pars vero nõ est illis nutrimentum, sed est prompta concrescere in sua capacitate & replere loca quæ prima intermediat membra & efficitur caro & seuum. Reliqua vero pars nulli illorum duorum est habilis, & ideo remanet vsq; ad tẽpus partus, & veluti excrementum a natura expellitur, & cum fœtus oritur tunc ille sanguis qui in eius hep te gignitur supplebit vices illius sanguinis, & generabitur ex eo id quod ex illo sanguine generabatur.

Caro autem generatur ex substãtia sanguinis crassi, & a calido & sicco congelascit. Seuum vero, ex aquea & pinguiori portione sanguinis fit, & a frigido coagulatur, idcirco a calido dissoluitur. Ex membris quoq; a semine ortis, quicquid a sua vnione disiungitur & dissol

uitur

uitur, non hærēt amplius vera vnione, neq; in stauratur, vel resarcitur, nisi raro, & minimum quid eorum & in ætate pueritiæ vt ossa, & exigui ramuli venarum non magnarum, sed nō arteriarum: harum etiam si aliqua particula desit, nihil vice eius iterum oritur, veluti in ossibus & neruis fit. Quæ vero ex sanguine gignuntur, iterum ortum habēt, post eorum destructionem, eademq; restituitur quantitas vt caro. Si quid tamen ex sanguine, qui vim seminis adhuc retinet, procreatum fuerit: exiguo temporis interuallo intercedente, tunc si deficiat aliquid, poterit rursus renasci, vt dentes in puerili ætate: Sed si alia præualeat in sanguine temperatura, nō renascitur iterum. Ad hæc dicimus membra sensitiua mobilia, quandoq; habent principium sensus & motus eorum simul ex vno neruo, quandoq; vero diuerso modo se habent, videlicet quod singulæ virtutis, principium sit vnicus neruus: Porro omnia viscera quæ membranis circumuoluta sunt, eas ex altera membranarum ortum habere dicimus, nempe, vel pectus vel ventrem intus cooperientiū. In pectore autem vt sunt præcordia, quæ diaphragmata vocant, & venæ & arteriæ atq; pulmo, suas membranas, ex

illa quæ costas internas pectoris tegit, ortū habent.
Membra vero quæ in cauitate ventris extant, vt intestina & venæ suas membranas ex illa quæ musculos ventris tegit, quæ a Græcis pe ritoneon ab Arabis siphac nuncupatur, ortū habere dicimus. Oīa præterea membra carno sa, vel sunt fibrosa, vt caro musculorū vel non fiarosa, vt hepar: nullusq; motus tum volun tarius, tum naturalis fit: nisi fibris seu villis: vo luntarii quidem per musculorum fibras. Na turales vero vt motus vteri, & venarum: com positi quoq;, vt motus deglutionis propria ha bent fila disposita longitudine latitudine atq; obliquitate situs. Attractio autē per illud quod in longum protenditur. Expulsio vero per il lud quod in latitudinem, cōprimendoq;: De tentio tamen per obliquum quidem fit villū. Inter membra rursus, quæ vnam obtinent tu nicam, vt sunt venæ & vessica vrinaria. gene ra illa tria villorum sunt inter se texta, per lon gum latum & obliquum. Sed quæ geminas ha bent tunicas, tunc filum per latitudinem pro tendens, in extrinseca quidem tunica, reliqua vero duo in intrinsica sunt locata, verum q̄d in longum protensum est, magis ad intrinsecā superficiem declinat, ne fibræ attractrices & ex

pultrices simul existant sed attractrices & de-
tentrices, commodius simul existere possunt:
præterq̃ in intestinis, quia valida detentione
non indigent. Sed attractione & expulsione
q̃uis non sint simul longus & obliquus villus.
Membra insuper neruea, quæ corpora a suæ
substantia aliena, intra se continent: Aliæ
vnicam habent tunicam. Alia vero geminas.
Quæ autem binas habent tunicas, id ad varios
vsus quidem obtinent, quorum primus est vt
eorũ corpora robustiora sint pro efficaci cu-
stodia necessaria ne scindantur, præualido mo
tu rei intra illa contentæ, vt sunt arteriæ.
Secundus est vrgens necessitas custodiæ ma-
gnæ respectu corporis intra ipsa reconditi,
ne scilicet spiritus soluatur sanguisq; egredia-
tur: Si enim vnicam tantum obtinerent tuni-
cam tunc propter eorum raritatem periculũ
immineret de resolutione, propter quod etiã
facile pareret scissioni, & sic exitus illius esset
suspectus. Corpus aũt qđ ita est recõditũ, est
spiritus & sanguis, q intra arterias continẽtur,
qui summopere custodiri debent, timoremq;
afferunt ne perdantur. Spiritus autem præ-
dissolutiõe, sanguis vero præscissura, sic enim
maximum timorem afferunt

Tertius vſus eſt, vt cum aliquod membrum indiguerit, tam pro expulſione quam attractione, motu valido deſtinatum eſt ſingulo illorum ſingulare organum, ne immiſceantur, vt eſt ſtomachus & inteſtina.

Quartus eſt cum quæritur vt ſingula tunica mēbri ſit deſtinata alicui actioni ſibi proprie & quælibet illarum duarum actionum, fiat ex temperamento alteri diuerſo, tunc eas inter ſe diſtinguere commodius erit, vt ſtomachus, quem habere ſenſum quærimus: qui quidem nerueo membro fit, concoctio vero carneo fit membro, idcirco vtriq; horum duorum, data eſt ſeorſum tunica, nempe nerueam ſenſui. carneam concoctioni: eſtq; intereor nerbea, exterior carnea. Quoniam id quod cōcoquit illi quod concoqui debet, potentia poteſt occurrerere ſine obuiatione & contactu. At id quod ſentiens eſt nequit, ſenſu ſcilicet tactus non occurrere & obuiare ipſi ſenſili.

Ad hæc membrorum alia ſunt ſanguinis temperaturæ ita proxima vt pro eorum nutritione, paucis admodum tranſmutationibus ipſe ſanguis indiget vt caro, & ideo non habet cauitates neq; ſinus, in quibus diu permaneat alimentum quod ad ipſum peruenit, vt poſſit

eam nutrire, immo cum primum alimentum illi obuiat, statim mutatur in ipsam.
Alia vero a sanguinis temperamento ita distāt vt cum opus est eum in illa transmutari, pluribus transmutationibus sensim ordinatis ad similitudinem suæ substantiæ primo mutetur vt sunt ossa, & ideo a sua creatione obtinuerunt vel vnicam capacitatem, quæ alimentū eorum tandiu contineat, quod possit in sibi simile per simile transmutari, vt est os cruris & brachii: vel cauitates plures per ea disseminatas, vt in osse inferioris maxiilæ perspicuum est. Membra igitur quæ ita se habent necesse est ea repleri nutrimento copiosiori: q̄ pro eo tēpe sit necessariū, vt illud transmutēt sensim in sibi simile. Membra insuper valida, ad imbeciliiora, sibi viciniora, sua excrementa impellunt. vt cor ad axillas: cerebrum post aures hepar vero ad inguina.

Caput primum summæ quæ est sextæ doctrinæ Fen primæ De generibus virium sermone generali.

Acultates seu potentiæ & actiones, f mutuo ex sese dinoscuntur. Quoniā quælibet facultas seu virtus, est alicu-

ius actionis principium, & quælibet actio pro uenit ex ali qua virtute, & ideo vnica doctrina eas copulauimus. Genera autem virtutum ge neraq; actionũ ab illis ꝓcedẽtiũ: tria sunt apud Medicos nempe genus virium vitaliũ, genus naturalium & genus virium animariarum: pu taruntq; multi Philosophi atq; Medici fere omnes, præsertim Galenus vnamquamq; vir tutem habere membrum princeps, quod est eius origo seu minera a qua actiones eius exe- unt. ratusq; est virtutis animariæ sedem atq; actionũ eius originem esse cerebrũ. Naturalis vero duplex esse genus. Aliud cuius finis est conseruare atq; regere indiuiduum, & vtitur cibo ad nutriendum corpus atq; illud augen- dum, vsq; in extremum eius augmenti, huius autem generis sedes, eiusq; actionis origo est hepar. Aliud genus est cuius finis est speciem conseruare, quod re seminaria seu prolifica, ita vtitur vt ex humoribus corporis, substan- tiam seminis excernat, mox illam formet, ius- su creatoris sui. Huius autẽ generis sedes atq; ortus sunt testes.

Vitalis vero virtus est illa quæ quæ ipsum spi ritum regit qui est vehiculum seu subiectum sensus & motus, eumq; ad eos recipiendos pa

rat, cum ad cerebrum peruenerit, ipſumq́ reddit habilem vt poſſit, vbicunq́ diſſeminatus fuerit, vitam præſtare, huius autem virtutis ſedes & actionis ortus eſt cor.
Maximus tamen Philoſophus Ariſtoteles credit principium omnium harum virtutum eſſe cor. Verum primæ earum actiones in his apparent principiis, ſuperius dictis. Quemadmodum principium ſenſus iuxta Medicorum ſententiam eſt cerebrum, deinceps quilibet ſenſus habet proprium & præcipuum membrum quo illius actio apparet: Sed ſi rarionabiliter & conuenienter & conuenienter res cō ſyderetur, & verificetur, ſententiam quidem Ariſtotelis & non illorum: veram eſſe inuenie mus. illorumq́ rationes eſſe ſumptas ex propoſitionibus apparentibus non neceſſariis, nemo dubitabit. Sequuntur enim in his apparentiam rerum tantum. Verum Medicus vt eſt Medicus, non cogitur harum duarum rerum veritatem ſcire, ſed ad Philoſophum vel ad Phiſicum id attinet, ſed ſi medicus ſupponat huiuſcemodi membra eſſe principia harum virtutum: non cogitur prout ars Medica ex poſcit, inueſtigare,

vtrum a principio illis praecedenti fuerint illae traditae vel ne, immo propter huius rei ignorantiam non aspernetur a Philosopho.

Caput secundum de Naturalibus viribus dominantibus & quibus inseruitur.

V Irtutum naturalium, Aliae quidē sunt quae subministrāt. Aliae vero quibus subministratur. Harum iterum duplex est genus, Primum est, quod nutrimento vtitur, ad indiuidui durabilitatem. & id bifariam diuiditur, videlicet in virtutem nutritiuā & crescitiuam. Secundum genus est, quod ꝑ speciei perpetuitate vtitur nutrimento, & hoc bifariam quoqꝫ diuiditur, nempe in gignitiuā virtutem. & in formatiuam.

Virtus igitur nutritiua, est illa quae nutrimentum mutat in similitudinem nutriti, vt quod dissolutum est restauretur.

Augmentatiua vero est, quae in extremas corporis partes, additamentū efficit, prout naturalis ratio & ꝓportio desyderat, vt per ipsam ad integrum incrementum deueniatur per nutrimentum ad ipsum illatum.

Nutrix autem virtus, crescitiuæ inseruit ipsaq; nutritiua, quandoq; æquale, quandoq; minus quandoq; vero maius nutrimentum adfluens restaurat. At augmentatiua, semper quod recompẽsatum est plus atq; maius est dissoluto: Non tamen quicquid illa se habuerit, erit augmentum, nam pinguescere post macilentiam in ætate constituta, huius est generis, cum tamen non sit augmentum, quoniam augmentum fit, seruata proportione nalurali in omnibus extremitatibus corporis vt ad iutegrum perueniat incrementum. Post id enim nullum est incrementum, q̃uis adsit impinguatio.
Quemadmodum neq; ante ætatem consistentem fit marasmus seu hecticæ genus quod senectam vocant, quamuis adsit macredo, & si hoc minus frequens, minusq; conueniens sit. Ad hæc ipsa nutritiua vis suum munus tribus particularibus actionibus perficit.
Prima est appositio substantiæ restaurationis quæ est sanguis vel humor qui est in potentia propinqua ad actum & mẽbro similis, in quo officio quãdoq; committitur error vt in tabe, quæ est nutrimenti priuatio (quam Atrophiam græci vocant) euenire solet.
Secunda est agglutinatio seu adhærentia quæ

hoc nutrimentum, in actum completum red dit, videlicet quod in membri partem redactum sit, in quo etiã munere, error committi potest, vt in eo genere aquæ inter cutim, quã hydropisim carnosam seu anasarcam appellant, fieri solet.

Tertia est, adsimilatio, quæ id quod appositũ & adhærens est, dũ in partẽ membri conuertitur, simile vndiq; reddit, tũ substantia tũ colore etiã in qua actione aliquãdo error quoq; fit vt in lepra & ĩ vitiligine) leuchin Græci vocãt Arabes albaras: ꝑspicuũ est. In vtroq; enim horũ, affluentis nutrimẽti appositio, atq; adhærẽtia existit, adsimulatio vero minime. Hoc aũt officiũ virtutis qdẽ alteratricis est (seu immutatiuæ) q̃ est vna ex facultatibus ipsius nutricis ministris: & est in hoie vna genere, vel primo principio: diuersa vero specie in mẽbris similaribus: Cũ vnũquodq; horũ habeat vim nutrimenti alteratricẽ ꝓ sua tẽperatura, ad sibi simile, quæ quidẽ diuersa est ab ea quæ nutrimentũ alterat & immutat in similitudinem alterius mẽbri: verũ alteratrix quæ in hepate est cõmune vniuerso corpori officiũ agit. Gignitiua aũt facultas, est duplex. Alia semen in maribus & fœminis gignit. Alia vero potentias

quæ in semine sunt distinguit, easq; temperat prout mẽbratim vnicuiq; particulæ de tẽperatura debetur, ita vt neruis atq; ossibus arteriisq; ꝓpria & præcipua seu peculiaris tempa tura perueniat, hoc aũt ex semine similarium partium: atq; similaris temperaturæ fit, hãc autẽ facultatẽ, virtutẽ alteratricem primã Medici vocãt, seu immutatiuam. Afformatiua vero virtus, est opifex (seu excudens) a qua Diuino præcepto membrorum formatio atq; figura & cauitas & foramina lenitasq; & glabrities hispitudoq; ac positus eorumq; affinitas & cõsensus proueniunt, & (vt verbo dicam, oẽs actiões quæ in extremitate magnitudinis seu quantitatis eorũ consistunt. His præterea virtutibus, quæ nutrimento conseruationis speciei gratia vtuntur subministrant quidem ipsa nutrix & auctrix virtus.

Caput Tertium De naturalibus facultatibus inseruientibus.

VIrtutes aũt inseruientes, quæ in vsum naturalium veniunt, sunt illæ quæ nutritiuæ virtuti subministrant & sunt

quatuor videlicet, quæ trahit, q̃ retinet, quæ concoquit,& quæ expellit.
Tractrix virtus,ad attrahendum nutrimentũ vtile procreata eſt,id autẽ fibris membri,quæ in ipſo per longum procedunt efficit.
Detentrix vero, ad detinendum nutrimentũ vtile,dũ immutatiua vis in ipſum agit,ab eaq; eſt dinſtincta,id autem per filũ quod oblique procedit agit, quandoq; tamen ab eo quod per latitudinem tendit,coadiuuatur.
Concoctrix vero eſt, quæ id quod traxit tra-trix,& retinuit retentrix facultas, mutauit in ſubſtantiam quæ prompta eſt,vt in eam vis alteratrix agat,& in temperaturam habilẽ tranſmutari actu in ipſum nutritum, quæ eſt eius actio in iuuatiuum(concoctio vocata).
At in excrementa quoq; agit, tranſmutando videlicet ea ſi poſſibile eſt,in p̃dictá diſpoſitionẽ,ſeu aptitudinẽ: & hæc quoq; actio cõcoctio nuncuparur: vel eorum tranſitum habilẽ reddat,vt ex membris in quibus ſunt detenta, expellantur a vi expulſiua,attenuando videlicet illorum ſubſtantiam,ſi quod prohibet,eſt ipſa craſſities:vel ea incraſſaudo,ſi tenuitas fuerit, quæ impediat,aut illa incidere & diſſecare ſi lentor & glutinatio id prohibuerit: Hæc aũt

actio, digestio vocatur: quanq̃ & concoctionis & digestionis nomine pro eodem quãdoq; abutamur, veluti synonima nomina (vt aiunt). Expultrix autem virtus expellit excrementum quod reliquum est, a nutrimento: quod quidem nutritioni ineptum est, vel quod superest ex quantitate, quæ nutritioni satis erat, eoq; non indiget, quare ad euacuandum illud in locũ idoneum, excitatur, vt vrinam in vessicam Hæc insuper virtus, expellIt illa excrementa vel per partes & meatus illis habiles, vel si huiuscemodi prompti trãsitus desint, tunc a nobili membro ad ignobile, & a duro ad molle expellit. Quod si ad huiusmodi partem expulsionis, materia excrementosa, iam inclinauerit, tunc expultrix facultas per illam partem, quantum possibile fuerit, non expellit.
His præterea quatuor facultatibus naturalibus, quatuor inseruiunt qualitates prim æ, nẽpe, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Calidum autem reuera omnibus illis quatuor communiter inseruit. Frigidum vero aliquibus earum earum per accidens, non per se subministrat. Immo quod inest frigido per se est contratiari omnibus virtutibus, quoniam omnium virtutum actioness per motus fiunt

quod quidem in attractione & expulsione liquido patet. In concoctione quoq; id apparet quoniam concoctio diuidendo seu disgregando, partes rei crassæ, densæ, & aggregãdo substantiam rei tenuis, & raræ fit. Hæ autem motiones disgregant & temperant.

Retentrix quoq; virtus, motu villi, qui per obliquum transit ad exactum amplexum dispositio peratur. At frigidum mortificat & stupidũ reddit sensum, omnesq; superius dictas actiones impedit, verum ad retentionem per accidens conducit: quoniam fibras astringit vt exactum agant amplexum, & nõ ingreditur operationes essentiales virtutum; Sed instrumentum ita disponit vt suam possit actionem seruare.

Expultrix vero per frigidum expellit, ꝓpterea quod prohibet dissolutionem spiritus qui ad expulsionem conducit, ad illumq; incrassandum iuuat, & quia condensat & incrassat villum per latitudinem transeuntem comprimentemq;, & hæc quoq; actio præparatio quidem instrumenti est, & non auxilium in essentia operationis. Frigidum præterea per accidens ingreditur subministrationem harũ virtutum. quoniam si per se illarum actionem in

gredereretur, tunc læderet & motum debilitaret. Siccitas aūt necessaria est ad actiones trium virtutum, videlilet ad ambas transferentes, & ad retinentem. Sunt autem ille duæ trāsferentes, scilicet ipsa attractrix & expultrix: potest enim siccitas summopere sustentaculum seu fulcimentum, firmum sustinere sine quo impossibilis est mot⁹, videlicet motus spiritus qui fert has facultates ad earū actionem, vehementi expulsione. quæ quidem prohiberetur ab humiditate mollificante si in substantia spiritus, vel instrumenti reperiretur.
Ad retentriticen quoqꝫ est necessaria, propter eius compressionem, seu conuulsionem.
Concoquens vero virtus, euidentius humiditate indiget. Ad hæc si virtutes actiuas cum passiuis comparaueris, quibus quidem indigent eæ virtutes, inuenies retentricem plus siccitate indigere, quam caliditate: quoniam tempus quietis retentricis: maius est q̄ tēpus quo mouet villum, & per latitudinem procedentem pro sua compressione: nam tempus quo mouet: quo scilicet indiget calore, breue quidem elt, reliquum vero temporis actionis eius, retentioni & quieti traditum est: & quia puerorum temperatura ad humiditatem val

de declinat, ideo hæc virtus in eis imbecillior redditur.

Attractiua tamē facultas, plus indiget calido q̃ sicco: quoniam calidum, ad trahendum conducit, nam plurimum temporis actionis eius in motu dispēsatur, eius enim motus magis est sibi necessarius, q̃ quies partium instrumentorum eius, atq; eorum compressio (seu congregatio) per siccum, adde etiā quod hæc virtus non solum multo sed valido indiget motu.

Attractio præterea, fit aut actione virtutis attractariuæ vt quæ in lapide magnetis est, quo ferrum trahitur. Aut ex necessaria successione ad id quod vacuatur, vt attractio aquæ quæ per cannam attractoriam fit: Aut calore: vt lucernæ, candela oleum trahit, q̃uis hæc tertia pars vt verificatores credunt, ad illam reducitur: quæ ex necessaria successione ad vacuum fit, immo est eademmet. Si igitur cum virtute attractiua concurrat auxilium caloris, tunc attractio validior fiet.

At expultrix minus indiget sicco, q̃ reliquæ duæ scilicet, attractrix & retentrix, quoniam non indiget compressione ipsius retentricis neq; assiduitate attractricis, eiusq; constrictione, &

ne & amplexu super rem attractam, retinendo partem instrumenti, vt possit per id comprehendere attractionem alterius partis (& vt verbo dicam) nulla indiget pœnitus quiete. Expultrix virtus, sed motu & exigua adstrictione seu condensatione: quæ cõpressioni & expulsioni ita conducat, vt instrumentum remaneat veluti custodiens dispositionẽ figuræ cõpssionis vel constrictionis non vt retentrix, quæ longo indiget tempore, neq; vt attractrix q̃ exiguo indiget tẽpore, vt possit attractionem partiũ cõprehendere, & ideo minus ipsa sicco indiget. Inter has tamen oẽs facultates, calore magis indiget, cõcoctrix, sicco vero haudquaquã, verũ humido indiget, vt nutrimẽtum liqdum & fluuidum reddat, ipsumq; ad penetrandũ per meatus figurasq; recipiẽdas præparet. Neq; potest quis obiicere, quod si humidũ opitularetur concoctioni, tunc puerorum vis nõ deficeret cõcoq̃re res duras, qm̃ nõ ꝓpter hoc pueri deficiũt ĩpotentesq; ad id sunt. Iuuenes vero potẽtes, sed ob similitudis vel dissimilitudinis cãm id fit: nã quod ꝑdurum est, nõ similatur puerorum tẽperaturæ, neq; ad illud: suæ vires concoctrices se conuertunt: neq; retentrices illud recipiunt: immo expultrices celer

rime id expellũt: Sed hoc est iuuenum tempe-ramento congruum, suæq; nutritioni conue-niens: ex dictis igitur summatī colligi potest, Retentricē vim indigere, pro astrictione & stabilitate dispositionis astrictoriæ, lōgo quidem tempore, minimoq; motus auxilio: Attractricem vero astrictione, atq; astrictionis stabilitate, exiguo admodũ indigere tēpe, sed maxime motus auxilio indigere. Expultrcē quoq;, astrictione tantum, sine aliqua stabilitate quæ sit alicuius momenti, auxilio tamen motus eā indigere. Concoctricē deniq; liquefactione & mixtura summopere indigere. Idcirco hæ facultates variis modis, ipsis qualitatibus vtuntur, eisq; indigent.

Caput quartum de Vitalibus facultatibus.

P Er vitalem virtutem, Medici intelligunt eā virtutem, quæ cũ ad mēbra ꝑuenerit, parabit ea ad recipiendum sensum & motũ, & actiones vitæ, addunt insuper his timorē iracundiā, propterea quod habent dilatationē & constrictionē, quæ spiritui huic virtuti relato, accidunt. Diuidamus igitur hanc summā, & dicamus, ꝙ quēadmodum

ex crassitiæ humorum cũ quadã tẽperatura, gignitur substantia crassa, quæ est mẽbrum, vel pars membri, ita gignitur ex ex vaporoso halitu, humorum, & eorũq; tenuitate, cum quadam temperatura, quædã substantia tenuis, quæ est spiritus. Et quẽadmodum, vt Medici aiunt, hepar est minera, & origo illius primæ generationis: ita cor est origo secundæ: & hic spiritus cũ in sua sibi conuenienti temperatura oritur: disponitur ad recipiendam hanc virtutem, mox præparat oĩa membra ad recipiẽdas alias virtutes animarias, & reliquas. Animariæ autem virtutes non oriuntur in spiritu & membris, nisi post ortũ huius virtutis. Quod si aliquod mẽbrum virtutibus priuetur animalibus, sed non hac virtute, adhuc quidẽ viuit: Videmus enim tam membrum stupidum q̃ resolutum (paraliticatũ vocãt) priuari sensu & motu, ob aliquam tẽpaturã prohibentem ipsum ne recipiat eos: vel ob obstructionẽ inter cerebrum & illud accidentem, in neruis ad illud protensis, nihilominus adhuc viuit: At membrũ mortificatum: expers est sensus & motus, ipsumq; putrefieri & corrũpi contingit. In membro ergo resoluto, extat vis conseruatiua vitæ eius adeo vt remoto impediente restituatur ei vis

ſentiendi & mouendi, eſtq; paratũ eas recipe-
re, propterea quod vis vitalis in eo incolumis
exiſtit: prohibens autem in eo, eſt id quod pro
hibet ipſum, ne id actu recipiat. At membrũ
mortificatum non ita ſe habet. Nutritiua autẽ
vel aliqua alia virtus non eſt quæ diſponit, ita
vt dicamus, ꝙ dum virtus nutritiua perma-
net, opporteat ipſum mẽbrũ viuere, & ipſa ab
lata pereat, Nam eadẽ eſt ratio de virtute nu-
tritiua, quæ de ſuperius dicta. Nempe quoniã
quandoq; eius actio in aliquo membro aufer-
tur, & tamẽ adhuc viuit: & quandoq; remanet
eius actio, & membrũ ad interitum procedit:
præterea ſi virtus nutritiua vt nutritiua præ-
pararet ꝑ ſenſu & motu, tunc ſtirps etiã eſſet
prompta recipere ſenſum & motum. Reliquũ
ergo eſt vt quod præparat, ſit aliquid aliud in
ſequens præcipuam & peculiarem temperatu
ram, & id virtus vitalis appellatur: & eſt illa pri
ma virtus quæ in ſpiritu oritur, quam ſpiritus
ex tenuiori parte humorum gignitur. Ad
hæc vt Ariſt: credit in ſpiritu recipitur primũ
principium, & prima anima, a qua reliquæ vir
tutes mittuntur: Verum actiones illarũ virtu-
tum non exeunt in initio vel immediate ex ſpi
ritu: quemadmodũ neq; ſenſus etiã iuxta Me-

dicorum sententiam, exeũt ex spiritu aĩali, qui est in cærebro nisi peruenerit ad humorẽ cristallinum aut ad linguam, vel aliud quidpiam tale penetrauerit. Sed cum peruenerit aliqua portio spirritus, ad cauitatem cerebri, tunc recipit temperamentum habile, vt ex eo actiones illius virtutis, quæ in ipso primo inest, ꝓcedant: identidem de hepate & testibus dicendum est. At Medicorum sententia est: ꝙ dũ spiritus non transmutatur in cerebro in aliã temperaturam, non erit promptus recipe animã: quæ est principium sensus & motus, identidẽ de hepate sentiendum est: & quamuis prima mixtio seu temperatura iam præstauerit habilitatem ad recipiendam vim primã vitalem, itidemq; in quolibet membro nihilominus putant ipsi, quodlibet genus actionum aliam habere animam, & uon est eadem aĩa ex qua virtutes profluant, vel ꝙ ipsa anima sit agregatio huius summæ, & licet ꝑma tẽpatura iam ꝑstauerit habilitatem recipiendi primã virtutem illã vitalem in ortu spiritus, & vim quæ est eius perfectio, nihilominus putant ꝙ hæc virtus sola non est sufficiens vt per ipsam spiritus recipiat reliquas virtutes: nisi oriatur in eo noua temperatura peculiaris, & propria, dicunt in

ſuper, ꝙ licet hæc virtus præparet pro vita eſt adhuc principium motus ſubſtantiæ ſpiritalis tenuis pro membris, principiumq́ conſtrictionis & dilatationis reſpirationis anhelitus & pulſus vt iam dictũ eſt. In reſpectu aũt ad vitam paſſionem præſtat, ſed habito delectu ad operationes anhelitus & pulſus actionem præſtat. Similatur præterea hæc virtus, ipſis virtutibus naturalibus, quia id quod ab ea procedit ſine eius voluntate fit, cum ſit expers voluntatis: ſimilatur tamen animariis virtutibus ob connexionẽ opationum eius: nam ſimul conſtrĩgit & dilatat duoſq́ motus cõtrarios efficit. Sed cum Philoſophi vocant animam terrenã per animam intelligunt actum primum corporis phiſici organici, & per hoc intelligunt oẽm virtutem ex qua ſponte exeunt motus & & actiones variæ: Hæc ergo virtus iuxta philoſophorum ſententiam, eſt animaria, quemadmodum illas naturales quas diximus ipſi vocant animales virtutes: Et ſi per animam nõ intelligant hoc, ſed virtutem quæ eſt principium apprehenſionis & cognitionis, & motionis prouenientis ex cognitione alicuius agentis per voluntatem. Et per naturalem intelligant omnem virtutem a qua exit aliqua actio, alio

modo & forma diuersa ab ista, tunc huiusce-modi anima, non erit animaria, sed naturalis longe dignior illa, quam Medici naturalē vocant. sed si naturalem nominemus eam, quæ vtitur nutrimento, ipsumq; alterat siue pro indiuidui siue pro speciei durabilitate, tunc hæc non erit naturalis, & sic erit tertium genus. At quoniam iracundia & timor & alia id genus, sunt passio huius virtutis, quamuis eorū principium sit sensus sensus, & cogitatio & virtutes apprehensiuæ ideo ad eam referuntur, veruntamen huius virtutis notificatio vera, eamq; vnam vel plures esse, ad naturalem scientiam attinet, quæ est pars philosophiæ.

Caput quintum de facultatibus animariis cognoscentibus.

VIrtus aūt Animaria est veluti genus ad duas virtutes, Alteram cognoscitiuā Alteram motiuā. Et cognoscitiua, est veluti genus ad duas alias, videlicet ad cognitiuam exterius, & ad cognitiuā interius. Quæ aūt exterius cognoscit, est ipsa sensitiua, quæ est veluti genus, ad quinq; potentias, vt multi existimant, vel ad octo vt alii putant: Si igitur

ſint quinq;,eæ quidem ſunt ſcilicet potentia viſus,auditus, odoratus, guſtus, & tactus : Si vero ſint octo,ideo ſunt,quia maior pars doctorum putant tactum plures eſſe potentias & tribuunt quodlibet quatuor generum tactiliũ ſingulæ earum ſeorſum,q̃uis in membro ſenſitiuo cõmunicẽt,vt guſtus & tactus in lingua: & viſus & tactus in oculo.huius tamen rei verificatio ad philoſophiæ ſcientiam ſpectat. Virtus vero interius apprehendens,quæ alia eſt a ſenſitiua,eſt velut genus ad quinq; virtutes,nẽpe ad eam quæ ſenſus cõmunis & imaginaria vocatur,& eſt vna & eadem virtus apud Medicos, ſed apud doctos Philoſophos ſunt duæ virtutes. Sẽnſus communis autem, eſt ille ad quem oĩa ſenſilia deferuntur,& ab eorum formis patitur in eoq; aggregantur. Imaginatio vero eſt,quæ ea cuſtodit poſt huiuſcemodi aggregationem & retinet ea poſt abſentiam eorum a ſenſu.Horum autem duorum illa quæ ſuſcipit,non eſt quæ cuſtodit, huius tñ rei verificatio ad Philoſophum attinet.Sed vtcunq; ſit,harũ ſedes & principiũ actionis earũ eſt ipſa cellula anterior cerebri.Secũda virtus eſt,quã Medici cogitatiuam vocant : philoſophi vero qñq; imaginatiuã qñq; cogitatiuã vocitãt: Nã

si ipsa vtetur virtute extimatiua vitali, de qua paulo post fiet mentio, vel ꝙ de se ipsa excitetur ad suam actionem, tunc vocamus eã imaginariam. Sed si ad hãc: vis intellectiua se conuerterit, eaq; vtatur pro aliqua sua vtilitate tũc vocatur cogitatiua: Interest tamen inter hanc & illam primam, vtcunq; fuerit ꝙ prima suscipit vel custodit, quicquid ad eã de formis sensibilibus defertur. Hæc vero res quæ in imaginatione cõmẽdatæ seu repositæ sunt, exercet, vsu componendi & diuidendi, formasq; vt a sensu ad ipsam deferuntur concipit, & formas ab illis diuersas, vt hominem euolantem exempli causa, & montem smaragdinum: Sed in imaginatione nihil aliud repetitur, q̃ quod a sensu susceptum est. Huius virtutis sedes quidem est, media cerebri cella: & hæc facultas est instrumentum potentiæ, quæ est vere apprehensiua interior in animalibus quæ extimatimatiua vocatur, & est illa quæ in animalibus iudicat lupum inimicum, filium autem dilectũ & assuetum ferre cibũ, esse amicum a quo non fugit animal ipsum, nulla intellectiua ratione ad id concurrentem: Odium tamen & amicitia, non sunt sensibilia, neq; sensus animalium ea concipit. Sed de eis iudicat, eaq; apprehen

dit alia virtus, licet non sit apprehensio intelle ctualis sed est pculdubio perceptio quædam nō intellectualis: & homo quoq; vtitur hac vir tute in multis iudiciis suis, eamq; exercet vt re liqua aīalia irrationalia. Differt autem hæc vir tus ab imaginatione, quia imaginatio sensilia retinet: hæc autē iudicat de sensilibus res non sensatas. Differt quoq; ab illa quæ vocatur co gitatiua & imaginaria: quia ex actionib⁹ illarū non sequitur aliquod iudicium, sed post huius operatiōes sequitur aliquod iudicium: Immo ipsæ operationes sunt iudicia quædam: adde etiam quod actiones illius sunt componere sensata: Huius vero actio est iudicare de re sen sata, per aliquod existens extra sensatum: Et quemadmodum in animalibus, ipse sensus iu dicat de formis sensatis, ita extimatiua in eis iudicat de illis formis quæ ad extimatiuam de feruntnr, & non ad sensum, sunt tamen aliqui qui figuraliter vocant hanc virtutem imagina tiuā, qđ etiā id eis licitū est, nā de noībus non debet esse disceptatio, sed res ipsę & earū distī ctiones intelligi debent. Nec debet Medicus in sistere circa cognitionē huius virtutis, qm̄ lęsio operationum eius insegtur læsionē operationū aliarum virtutū præcedentium huic, vt est ima

ginatio & virtus imaginatiua & memoratiua de qua adhuc verbum paulo post faciemus. Medicus enim debet consyderare eas virtutes quarum actiones, quum læduntur, tunc id erit ægritudo: Læditur tamen eius operatio, propter læsionem accidentem actioni virtutis illi præcedentis: quæ læsio insequitur malam temperiem, aut corruptam constitutionẽ formationis membri. nã satis est illi, si norit illam læsionem prouenire propter malam temperaturam illius membri, vel corruptionem constitutionis eius, ita vt aliquo medicamento illi sucenrrat: vel ab illa præcaueat, & nõ cogitur cognoscere eam virtutem, quæ per aliqđ aliud medium afficitur si nouerit illam, quæ affecta est sine medio. Tertia vero virtus apud Medicos, quæ est quinta & quarta apud Philosophos est quæ custodit & memoratur, & est veluti thesaurarium, seu repositorium rerum quæ ad extimatiuam deferuntur ex formis sensatis rerum sensatarum: quemadmodum imaginatio est thesaurarium rerũ: quæ ad sensum deferuntur ex formis sensatis, & huius virtutis sedes est vltima cellula cerebri, sed hic esset consyderatio philosophica, nempe, vtrum virtus quæ custodit, & quæ reminiscitur rei, quæ

a custodia thesauri cogitatiue occultata est, sit vna & eadem virtus, vel sint duæ virtutes: verum hoc non est medico nessarium: quoniam læsiones quæ accidunt cuiuis earum similes q̃dem sunt, & vltimæ cellæ cerebri accidunt, siue ex genere malæ tempaturæ: siue ex gñe malæ constitutionis fiãt. Restat mõ virtus ratiocinatiua, seu rationalis hominis, ex apprehensiuis, & quemadmodũ a medicis postposita fuit consyderatio de extimatiua, propter causam paulo ante explicatã, longe rationabilius hanc posthabuerunt (& neglexerunt,) sed eorum consyderatio de operationibus illarum trium tantum est.

Caput sextum De Viribus Animariis motiuis

Virtus motiua est illa, quæ Chordas cõuellit, easq; resoluit qb⁹ mẽbra mouet & artus sua extrensione & flexu: & per neruos musculis annexos penetrat, & ẽ genus diuisum in varias species, iuxta diuisionẽ specierum principiorum motuum: In quolibet ergo musculo extat aliqua ꝓpria natura quæ iudicium extimatiuæ, quod deliberationem infert, insequitur.

Caput septimũ doctrinæ huius de Actionibus.

INter Actiones autem simplices. Aliã vnica facultate perfici dicimus: vt cõ coctionem exempii causa. Aliam duabus, vt cibi appetentiam hæc enim vi attractrici naturali ac vi sensitiua oris ventriculi perficitur dicendũ est. Tractrix enim mouendo fibram per longum procedentem, vt perficiat attractionem rei, quam attrahit, atq; suctionẽ rei quam ex humiditatibus exuccat. Sensitiua vero sentiẽdo hanc passionẽ & morsum atræbilis quæ ad appetentiam iam superius explicatam incitat id efficit. Hæc autem operatio ideo duabus perficitur virtutibus, quia cũ accidit læsio ipsi sẽsitiuæ, destruitur fames & appetentia, & non appetit cibum q̃uis corpus eo indigeat: Idẽtidem deglutio duabus completur virtutibus. Altera est attractiua naturalis. Altera attractrix voluntaria: prima quidem fungitur munere suo per villum in longum procedentem, qui in ore ventriculi & gulæ existit. Secunda vero suo fungitur officio, per villum musculorum deglutioni traditorum: & cum altera duarum virtutum illarum ablata est, tunc

deglutio difficile fit, immo & si non sit ablata Sed quia nondum ad suã actionem se tradiderit, adhuc difficile deglutiet: Quod nos latere non potest, nam cum appetitus nõ est verax difficile deglutimus, id quod non appetimus: Immo si aliquid odio habeamus & postea voluerimus illud idem deglutire. Virtus attractiua apperens, perterretur & voluntaria difficillime poterit id deglutire. Cibi autem penetratio perficitur virtute expulsiua membri a quo separatur: & attractiua membri, ad quod conuertitur: itidem & exitus excrementorum ex vtroq; meatu: & aliquando principium actionis, sunt duæ virtutes scilicet animalis & naturalis. Aliquãdo vero vna virtus, & aliqua qualitas, vt infrigidatio quæ prohibet fluxum humorum: opitulatur enim expultrici vt resistat humori fluxo ad membrum, eumq; prohibet & ipsum a se ipso expellit. Qualitas ergo frigida bifariam conducit per se, nempe incrassando substantiam rei fluxæ & meatus astringendo: per accidens vero tertio modo, videlicet extinguendo calorem attrahentem. Qualitas autem calida trahit quia opponitur illis tribus modis paulo superius dictis. Calidum præterea, & trahens propter necessitatem successio

nis ad vacuũ: primo quidem trahunt quod te nuius est. Secundo loco quod crassius: sed vir tus attractiua naturalis, trahit quod conueniẽ tius est sibi & magis proprium suæ natu ræ. Nonnunquam autem id quod & commodius & maxime p- prium est quod crassi- us est.

FINIS.